II
12217
Incunabel

E-S

II
12217
Incunabel

1184 fol. II 12217

ORATIONVM.M.T.C.ACCVSATIONVM IN.C.VERREM.INCIPIT LIBER PRIMVS.

SI QVIS VESTRVM IVDICES AVT EORVM Qui adſunt:forte miraꝫ:me qui tot annos in cauſis iudiciiſq; publicis ita ſum uerſatus:ut defenderim multos:læſerim neminẽ :ſubito nunc mutata uolũtate ad accuſandum deſcẽdere.is ſi mei cõſilii cãm rationem q; cognouerit:una & id quod facio probabit:& in hac cauſa profecto neminem mihi eſſe præponẽdũ actorem putabit.Cum Quæſtor in Sicilia fuiſſem Iud.itaq; ex ea prouincia deceſſiſſem:ut ſi culi omnibus iucundam diuturnamq; memoriam.Quæſturæ nominiſq;mei relinquerem factũ ẽ.uti cũ ſummũ ĩ ueteribus patronis multis tũ nõnullũ ẽt in me præſidium ſuis fortunis conſtitutum eẽ arbitrarentur.Qui nũc populati atq;uexati cũcti ad me publice ſæpe uenerunt:ut ſuaꝝ fortunarum omnium cauſam defenſionẽq; ſuſciperẽ:me ſæpe eſſe pollicitum:ſæpe oſtendiſſe dicebant:ſi quod tẽpus accidiſſet:quo tempore aliquid a me requirerent:cõmodis eorũ me non defuturum.Veniſſe tempus aiebant: non iam ut cõmoda ſua ſed ut uitã ſalutemq; totius,puinciæ defenderem:ſeſe iam ne deos qdem in ſuis urbibus ad quos confugerent habere.Quod eorum ſimulachra ſanctiſſima.C.Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet.Quas res luxuries ĩ flagitiis crudelitas ĩ ſuppliciis:auaritia ĩ rapinis:ſupbia ĩ cõtumeliis efficere potuiſſet:eas oẽs ſeſe hoc uno Prætore per triennium pertuliſſe.Rogare & orare ne illos ſuplices aſpernaret.quoſ me incolumi nemini ſupplices eſſe oporteret.Tuli grauiter.& acerbe Iud.in eum me locũ adduci.ut aut homines ſpes falleret:qui opem a me atq; auxilium petiſſent:aut qui me ad defendendos homines ab ineunte adoleſcentia dediſſem:tempore atq; officio coactus ad accuſandum traducerer dicebam habere eos actorẽ. Qu.Cecilium:qui præſertim Quæſtor in eadem prouincia poſt me Quæſtorem fuiſſet.Quo ego adiumẽto ſperabam hanc a me moleſtiam poſſe dimoueri : id mihi erat aduerſarium maxime nam illi multo mihi hoc facilius remiſiſſent:ſi iſtum non noſſent aut ſi iſte apud eos quæſtor non fuiſſet.Adductus ſum Iudi, officio:fide:miſericordia multorum bonoꝝ exemplo ueteri conſuetudine inſtitutoq; maiorũ:ut onus huius laboris atq; officii nõ ex meo ſed ex maioꝝ neceſſariorum tẽpore mihi ſuſcipiendum putarem quo ĩ negocio tamen illa me res Iud.conſolatur:q; hæc quæ uidetur eſſe accuſatio mea non potius accuſatio q̃ defenſio eſt exiſtimanda.Defendo enim multos mortales multas ciuitates:prouinciam Siciliam totam . Quamobrem ſi unus mihi eſt accuſandus prope modum manere in inſtituto meo uideor & non omnino a defendendis hominibus ſubleuandiſq; diſcedere.Quod ſi hanc cauſam tam idoneam tam illuſtrem tam grauẽ: non haberem:ſi aut hoc a me Siculi non petiſſent:aut mihi cum Siculis cauſa tantæ neceſſitudinis non ireꝛcederet:& hoc quod facio me Reip.cauſa facere profiterer ut homo ſingulari cupiditate:audacia:ſcelere præditus cuius furta atq; flagitia non in Sicilia ſolum:ſed in Achia Aſia Cilicia Pamphylia Romæ deniq; ante oculos omnium maxima turpiſſimaq; noſſemus:me agente in iudicium uocaretur:quis tandem eſſet: qui meum factum aut conſilium poſſet repræhendere? Quid eſt proh deum hominumq; fidem ĩ quo ego Rei pub.plus hoc tempore prodeſſe poſſim? Quid eſt:q; Po.Ro.gratius eſſe debeat:aut ſociis exteriſq; nationibus optatius eſſe poſſit:aut ſaluti fortuniſq; hominum magis accomodatum ſit populatæ uexatæ funditus euerſæ prouinciæ ſocii ſtipendiariiq; Popu.Ro.afflicti miſeri iam non ſalutis ſpem ſed exitii ſolatium quærunt. Qui iudicia manere apud ordinem Senatorium uolunt quæruntur accuſatores ſe idoneos non habere qui accuſare poſſint:iudiciorum ſeueritatem deſiderant Popu.Ro.interea tametſi multis incõmodis difficultatibuſq; affectus eſt tamen nihil æque in Repub.atq; illam ueterem iudiciorum uim grauitatẽq; requirit.Iudiciorum deſiderio Tribunitia poteſtas efflagitata eſt:iudiciorum leuitate ordo quoq; alius ad res iudicandas poſtulatur.Iudicium culpa atq; dedecore etiam Cenſorium nomẽ quod aſperius antea populo uideri ſolebat id nunc poſcitur.idq; populare atq; plauſibile factum eſt.In hac libidine hominum nocentiſſimorum in Popu. Roma. quotidiana quærimonia iudiciorum infamia totius ordinis offenſione : Cum hoc unum his tot incommodis remedium eſſe arbitrarer:ut homines idonei atq; integri cauſam Reipub.legũq; ſuſciperent.Fateor me ſalutis omnium cauſa ad eam partem acceſſiſſe reipub.ſubleuandæ:quæ maxime laboraret.Nunc quoniam quibus rebus adductus ad cauſam acceſſerim:demonſtraui:dicendum neceſſario ẽ de contentione noſtra:ut in conſtituendo accuſatore.quid ſequi poſſitis:habeatis.Ego ſic intelligo Iud. cũ de pecuniis repetundis nomen cuiuſpiam deferatur ſi certamen inter aliquos ſit:cui potiſſimum delatio deꝛtur:hæc duo in primis ſpectari oportere:quem maxime uelint actorem eſſe ii quibus factæ eſſe dicantur iniuriæ:& quem minime uelit is qui eas iniurias feciſſe arguatur:in hac cauſa Iud.Tametſi utrũq; eẽ arbitror perſpicuum tamẽ de utroq; dicã &de eo prius quod apud uos plurimum debet ualere:hoc ẽ de uolũtate eorum quibus iniuriæ factæ ſunt : quorum cauſa iudicium de pecuniis repetundis eſt conſtitutum . Siciliam prouinciã.C.Verrem per triennium depopulatum eſſe Siculorum ciuitates uaſtaſſe:domos exinaniſſe: Fana ſpoliaſſe:dicunt.Adſunt.quæruntur Siculi uniuerſi.Ad meam fidem:quam habent ſpectatam iam & diu cognitam confugiunt : auxilium ſibi per me a uobis atque a Popu.Roma.legibus petũt me defenſorẽ calamitatum ſuarum me ultorem iniuriarum me cognitorem iuris ſui me actorem cauſæ totius eſſe uoluerunt.Vtrum Quin.Cecilii hoc dicẽs:me non Siculorum rogatu ad cauſam accedere : An optimorum fideliſſimorumque ſocioru. uoluntatem apud hos grauem eſſe nõ oportere.Si id audebis dicere quod.C.Verres:cui te inimicum eſſe ſimulas maxime exiſtimari uult Siculos hoc a me non petiſſe.Primum cauſam inimici tui ſubleuabis:De quo nõ præiudicium:Sed plane iudicium iam factum putatur:quod ita percrebuit: Siculos omnes actorem ſuæ cauſæ cõtra illius iiurias q̃ſiſſe.Hoc ſi tu inimicus eius factũ negabis:qd̃ ipſe cui maxie hæc res obſtat:negare nõ audet:uideto ne nimiũ familiariter inimicitias exercere uideare.Deide ſunt

699 Kendo 3/5 86 = Gryphe

testes uiri clarissimi nrae ciuitatis quos oes ame nominari nõ é necesse.eos q adsunt appellabo quos si mẽtirer testes eé ipudẽtiæ meæ minie uellẽ.Scit is q é i cõsilio.C.Marcellus.Scitis qué adeé uideo Gn.Lẽtulus Marcellinus:quoꝝ fide atq; p̃sidio Siculi maxie utũt:q; oio Marcelloꝝ nomini tota illa ꝓuincia adiũcta é.Hi sciunt hoc nõ modo a me petitum esse sed ita sæpe & ita uehementer eé petitũ:ut aut cã mihi suscipiẽda fuerit: aut officium necessitudinis repudiãdũ. Sed qd ego his testibus utor? quasi res dubia aut obscura sit.Ad sunt homines ex tota prouincia nobilissimi qui præsentes uos orant:atq; obsecrant Iud. Vt in actore causæ suæ diligendo uestrum iudiciũ a suo iudicio ne discrepet.Omnium ciuitatũ totius Siciliæ legatiões adsunt.Præter duas ciuitates:quarum duarũ si adessent:duo crimina uel maxima numerarẽtur:quæ cũ his ciuitatibus. C.Verri cõmunicata sunt.At enim cur a me potissimum hoc præsidium petiuerũt.si eẽt dubium petissent a me præsidiũ nec ne:diceré cur petissent.Nunc uero cum id ita ꝑspicuũ sit:ut oculis iudicari possitis nescio cur hoc mihi detrimento eé debeat:si id obiiciatur mihi me potissimũ esse delectũ.Verũ id mihi non sumo Iud.& hoc nõ mõ in oratione mea nõ pono:sed ne in opinione qdem cuiusq; relinquo me omnibus patrõis eé ꝓpositũ.Nõ ita é:sed uniuscuiusq; tꝑis ualitudis facultatis ad agẽdũ ducta rõ é.Mea fuit sp hæc ihac re uolũtas & snia:quéuis ut hi mallent:de his q eẽnt idonei suscipe q̃ me:me mallẽt q̃ neminẽ.Reliquũ é iã:ut illd ramus:cũ hoc cõstet.Siculos a me petisse & qd hãc rem apud.uos animosq; uestros ualere oporteat & qd auctoritatis apud uos i suo iure repetẽdo socii Po.Ro.suplices uri habere debeãt:de quo qd ego plura cõmemorare? q̃si uero dubiũ sit:qui tota lex de pecũiis repetũdis socioꝝ causa cõstituta sit nã ciuibus cũ sunt ereptæ pecũiæ ciuili fere actiõe & priuato iure repetunt.Hæc lex socialis est hoc ius nationũ exterrarũ est.hãc habẽt arcẽ minus aliquãto munitã nũc qdem q̃ antea.Verũtamen si qua reliqua spes est quæ socioꝝ aios consolari possit:ea tota in hac lege posita est cuius legis nõ mõ a Po.Ro.sed etiã ab ultimis nationibus iam pridem seueri custodes reqrunt:Quis igitur est:qui neget oportere eoꝝ arbitratu lege agi:quoꝝ causa lex sit constituta.Sicilia tota si una uoce loqueretur.hoc diceret:quod auri qd argenti quod ornamentorum in meis urbibus sedibus delubris fuit:qd in una quaque re beneficio Senatus Populiq; Roma.iuris habui:id mihi tu.C. Verres eripuisti.atque abstulisti.quo noie abs te sestertium milies ex lege repeto.Si uniuersa ut dixi ꝓuincia loq posset:hac uoce uteret.quoniã id nõ poterat:haꝝ reꝝ actoré qué idoneũ esse arbitrata est:ipsa delegit.in eiusmodi re quisq; tã impudens reperietur q ad alienam cãm iuitiis iis quoꝝ negotiũ est:accedere aut aspirare audeat? Si tibi Qu.Cecili hoc Siculi diceret:te non nouimus nescimus quis sis:nunq; te antea uidimus.sine nos per eum nostras fortunas defendere:cuius fides est nobis cognita: non ne id dicerent:quod ciuis ꝓbare deberent? Nunc hoc dicũt:utrunq; se nosse.Alterũ se cupere defensorem esse fortunarum suaꝝ. Alteꝝ plane nolle.Cur nolint.etiam si tacerent:satis dicunt.uerum nõ tacẽt tamen his inuitissimis te offers.tamen in aliena causa loquere tamen eos defendes qui se ab omnibus dẽsertos potius:q̃ abs te pefensos ée malunt.tamen his operam tuam pollicebere qui te neq; uelle suam causam.nec si cupias:posse arbitrãtur.Cur eorum spẽ exiguam reliquarum fortunarum quam habent in legis & Iudicii seueritate positam ui extorquere conaris? Cur te interponis inuitissimis is quibus maxime lex consultum esse uult? Cur de quibus in prouincia non optimæ es meritus eos nunc plane fortunis omnibus conaris euertere? Cur his non modo persequendi iuris sui sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem? Nunc te actore quem eorum affuturum putas:Quos intelligis non ut per te alium sed ut per aliquem te ipsum ulciscantur laborare? At enim solum id est ut me Siculi maxime uelint.Alterum illud credo obscurum est a quo Verres minime se accusari uelit. Et quis unq; tam palam de honore:tam uehementer de salute sua contẽdit:q̃ ille atq; illius amici ut ne hæc mihi delatio det? Sũt multa q̃ Verres i me eé arbitrat:quæ scit i te Qu.Cecili nõ eé:q̃ cuiusmodi i utroq; nostrum sunt paulo post commemorabo.Nunc tamen id dicam:q; tacitus tu mihi assentiare:nullam rẽ in me esse:quam ille contemnat:nullam in te quã pertimescat:Itaq; magnus ille defensor & amicus eius tibi Hortensius suffragat: me oppugnat.Aperte ab Iudicibus petit:ut tu mihi anteponare. & ait hoc se honeste sine ulla inuidia ac sine ulla offensione contendere.Non enim inquit illud peto:quod soleo:cũ uehementius contendi impetrare reus ut absoluat:nõ peto.sed ut ab hoc potiusq; ab illo accuset:id peto.Da mihi hoc: concede quod facile est.qd honestũ.quod nõ iuidiosum.quod cũ dederis:sine ullo tuo periculo sine infamia illud dederis:ut is absoluat.cuius ego cã laboro.Et ait idẽ:ut aliqs metus adiunctus sit ad gratiã:certos eé i cõsilio qbus ostendi tabellas uellit:id eé perfacile.Non enim singulos perferre sententias:sed uniuersos constituere. Ceratam unicuiq; tabellã dari cera legitima nõ illa infami ac nefaria atq; is nõ tam propter Verrem laborat: q̃ quod eum minime res tota delectat.Videt enim si a pueris nobilibus quod adhuc elusit.Si a quadruplatoribus quos non sine causa contempsit semper:ac pro nihilo putauit accusandi uolũtas ad uiros fortes spectatos homines translata sit se in iudiciis dominari non posse.Huic ego homini iam ante denunciatio si a me causam hanc uos agi uolueritis:rationem illi defendendi totam esse mutandam.& ita causam mutãdam ut meliore & honestiore conditione q̃ tua ipse esse uult:imitetur homines eos:quos ipse uidit amplissimos.L. Crassum &.M.Antonium:qui nihil se arbitrabantur ad iudicia causasq; amicorum præter fidem & ingenium afferre oportere:nihil erit:q; me agente arbitret iudiciũ sine magno multoꝝ periculo posse corrumpi. Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam.Po.Ro.susceptã eé arbitror:ut mihi nõ unus hõ improbus opprimẽdus sit:id qd Siculi petiuerũt:sed oino ꝓbitas id qd.po.ro.iã diu flagitat: extinguẽda atq; delenda sit.in quo ego qd eniti aut qd efficere possim:malo in aliorum spe relinquere quam in oratiõe mea ponere.Tu uero Cecili quid potes? quo tempore aut qua in re non modo specimen cæteris aliquod dedisti: sed tui periculũ fecisti.In mentẽ tibi nõ uenit qd negocii sit causam publicã sustinere? uitam alterius totam explicare? atq; eam non modo in aiis Iudiciũ sed etiã in oculis cõspectuq; oium exponere? sociorum salutem:

cõmoda ꝓuinciarum:uim legum grauitatem iudiciorum defendere? Cognosce ex:me quoniã hoc primũ tempus discendi nactus es q̃ multa esse oporteat in eo:qui alterum accusat ex quibus si unũ aliqd̃ ĩ te cognoueris ego iam tibi istuc quod expetis:mea uoluntate concedam. Primũ integritatẽ atq; innocentiam singularem. Nihil est enim quod minus ferendum sit:quam rationem ab altero uitæ reposcere eum qui non possit suæ reddere. Hic ego de te plura non dicã. unũ iliud credo oẽs aĩduertere & adhuc ab nullis nisi a Siculis potuisse cognoscis. Siculos hoc dicere cum eidem sint irati cui tu te inimicum esse dicis:sese temen te actore ad iudicium non affuturos. Quare negẽt: ex me non audies. Hoc patere id suspicari q; necesse est. Illi qdem ut ẽ hominum genus nimis accutum & sospiciosum non te ex Sicilia litteras in Verrẽ deportare uelle arbitrantur sed q; iisdem litteris illius Prætura & tua Quæstura consignata sit asportate te uelle ex Sicilia litteras suspicãtur. Deinde accusatorem firmum uerumque esse oportet. Eum ego si te putem cupere esse facile intelligo eẽ non posse. Nec ea dico:quæ si dicam tamen infirmare nõ possis Te anteq̃ de Sicilia decesseris in gratiam redisse cum Verre. Potamonẽ Scribam & familiarem tuum retentũ esse a Verre in prouincia:cũ tu decederes. M. Ceiliũ fratrẽ tuum lectissimũ atq; ornatissimum adolescentem non modo non adesse neq; tecũ tuas iniurias perseq:sed esse cum Verre cum illo familiarissime atq; amicissime uiuere. Sunt hæc & alia in te falsi accusatoris signa ꝑ multa:q̃bus ego núc non utor. Hoc dico:si te maxime cupias :tamen uerum accusatorem esse non posse. Video. n. per multa esse crimina:quoꝝ tibi societas cũ Verre eiusmodi est:ut ea accusando attingere nõ audeas. Quæritur Sicilia tota. C. Verrẽ ab aratoribus cum frumentũ sibi in cellã ĩperauisset: & cũ esset tritici modius. H.S.V. pro fruméto in medios singulos duodenos sestertios exegisse. magnũ crimẽ ingens pecunia furtũ impudens. Iniuria non ferenda. Ego hoc uno crimine illũ condemnem necesse est. tu Cecili:qd facies? Vtrũ hoc tãtum crimen prætermittes:an obiicies? Si obiicies: id ne alteri crimini dabis: qd̃ eodem tempore in eadem prouincia tu ipse fecisti? audebis ita accusare alteꝝ:ut quominus tutte condẽnere:recusare non possis? Si prætermittes:q̃lis erit ista tua accusatio:quæ domestici periculi metu certissimi & maximi criminis non mõ suspitionẽ uerũetiã mẽtionem ipsam pertimescat. Emptũ est ex. S.C. frumẽtũ ab siculis prætore Verre:pro quo frumento pecunia oĩs soluta non est. Graue est hoc crimen in Verrem grauе me agente te recusante nullũ. Eras enim tu Quæstor:pecuniã publicã tu tractabas. ex qua ctiã si cuperet ꝑtor:tamẽ ne qua deductio fieret:magna ex parte tua potastas erat. Huius quoque igitur criminis te accusante mentio nulla fiet. Silebit̃ toto iudicio de maximis & notissimis illius furtis & iniuriis. Mihi credite Cecili non potest in accusando socios Verris defendere is:qui cum reo criminũ societate coniunctos esse Municipes a ciuitatibus pro fruméto pecuniã:exergerunt:qd hoc Verre ꝑtore factum est nõ solũ:sed ẽt. Quæstore Cecilio. quid igit̃? daturus es huic crimini:qd̃ & potuisti ꝓhibere ne fieret:& debuisti? An totum id relĩques? Ergo id omnino Verres in iudicio suo nõ audiet:qd̃ cum faciebat:quemadmodum defensurus esset:non reperiebat. Atque ego hæc quæ in medio posita sunt:commemoro. Sunt alia magis occulta furta : q̃ ille ut istius credo animos atq; impetus etiam traderet:cũ Quæstore suo benignissime communicauit. Hæc tu scis ad me esse delata:quæ si uelim proferre facile oẽs intelligẽt:uobis ĩter uos non mõ uoluntatẽ fuisse cõiunctam: sed ne ꝑdam quidem adhuc eẽ diuisam. Qua ꝓp si tibi iudiciũ postulas dari quod tecũ una fecerit: cõcedo:si id lege permittit̃. Sin autem de accusatione dicimus:cõcedas oportet iis qui nullo suo peccato impediũtur: quo minus alterius peccata demõstrare possint. Ac uide q̃tum inter futurum sit inter meã atq; tuã accusationem. Ego ẽt quæ tu sine Verre cõmisisti: Verri crimini daturus sum:qd̃ te nõ prohibuerit:cum summã ipe haberet potestatẽ. Tu cõtra ne quæ ille qdẽ fecit obiicies:ne qua ex ꝑte cõiunctus cũ eo repiare. qd illa Cecili: cõtẽnenda ne tibi uidetur esse:sine q̃bus cã sustineri ꝑsertim tanta nullo mõ potest. Aliq̃ facultas agendi :aliq̃ dicendi consuetudo:aliqua in foro iudiciis legibus aut ratio aut exercitatio. Intelligo q̃ scopuloso difficiliq; ĩ loco uerser. nã cũ omnis arrogãtia odiosa est:tum illa ingenii atq; eloqentiæ molestissima. Quamobrem nihil dico de meo ingenio neq; est qd̃ possim dicere. neq; si esset:dicerem. Aut. n. id mihi satis est: qd̃ est de me opinionis quicquid est:aut si id parum est:ego maius id cõmemorãdo facere nõ possum. De te Cecili iã mehercule hoc extra hanc contentionẽ certamẽq; nostrum familiariter tecũ loquar. Tu ipse quẽadmodum existimes uide etiam atq; ẽt & tu te collige. & q sis & qd facere possis:cõsidera. putas ne te posse de maximis acerbissimisq; rebus cum cãm socioꝝ fortunasq; ꝓuinciæ ius. Po. Ro. grauitatẽ iudicii legumq; suscepis tot res tã graues tam uarias uoce memoria cõsilio ingenio sustinere? Putas ne te posse q̃. C. Verres in Quæstura quæ ĩ legatiõe q̃ in ꝑtura q̃ Romæ q̃ in Italia q̃ in Achia Asia Pamphyliaq; patrarit:ea quẽadmodum locis temporibusq; diuisa sint:sic criminibus & oẽone distinguere? Putasne posse id q; in huiusmodi reo maxime necessarium est:facere:ut q̃ libidinose q̃ nefariæ:q̃ crudeliter fecerit:ea æque acerba & ĩdigna uideant̃ esse iis q audiẽt atq; illis uisa sunt:q̃ senserunt? Magna sunt ea q̃ dico:mihi crede:noli hæc cõtemnere. dicenda. demõstranda explicãda sunt oĩa. causaq; nõ solũ exponẽda:sed ẽt grauiter copiosęq; agenda ẽ. pficiẽdum est si qd agere aut pficere uis:ut hoĩes te nõ solũ audiãt:uerũetiã libenter studiosęq; audiãt. in quo si te multũ natura adiuuaret si optimis a pueritia disciplinis atq; artibus studuisses & ĩ his elaborasses:si lr̃as Græcas Athenis non Lilybei: Latinas Romæ nõ in Sicilia didicisses:tamẽ eẽt magnũ tantam cãm tam expectatã & diligẽtia conseq & memeria complecti. & oratiõe exponere. & uoce & uiribus sustinere. Fortasse dices qd? ergo hæc in te sunt omnia? utiná quidem essent. Verum tamen ut esse possent:magno studio mihi a pueritia ẽ elaboratum. Quod si ego hæc ꝓp magnitudinẽ reꝝ ac difficultatẽ assequi nõ potui: q in omni uita nihil aliud ægi:q̃ longe tu te ab his rebus abesse arbitrare:quas nõ modo antea nunq̃ cogitasti:sed ne nunc qdẽ cum in eas ĩgrederis: quæ & quantæ sint:suspicari potes. Ego q sicut omnes sciunt:in foro in iudiciisq; ita uersor:ut eiusdem ætatis aut nemo aut pauci plures causas defenderint. & q omne tẽpus quod mihi ab amicoꝝ negociis dat̃ ĩ his studiis

laboribusq; cõsumã:quo paratior ad usum forẽsem prõptiorq; eẽ possim tũ ita deos mihi uelim ,ppitios ut cũ illius tẽporis mihi uenit in mẽtẽ:quo die citato reo mihi dicẽdũ sit:nõ solum cõmoueor aĩo sed etiã toto corpore phorresco.Iã nunc mente & cogitatione pspicio q̃ tum studia hoĩum:q cõcursus futuri sint quantam expectationẽ magnitudo iudicii sit allatura.quãtam auditorũ multitudinẽ.C.Verris in infamia cõcitatura.quãtã deniq; audiẽtiam orationi meæ improbitas illius factura sit.q̃ cũ cogito:iã nũc timeo. qdnã ,p offensione hoĩum qui illi inimici infensiq; sunt:& expectatione hoĩum & magnitudĩe rerũ dignũ eloq possim Tu horum nihil metuis.nihil cogitas.nihil laboras.si qd ex uetere aliqua ratione Iouem ego Optimum Maximum aut uellem si fieri potuisset.Iud.aut aliqd eiusmodi edĩscere potueris præclare te paratũ in iudicium uenturũ arbitraris.ac si tibi nemo respõsurus esset.tamẽ ipam cãm ut ego arbitror:demonstrare non posses nũc ne illud qdẽ cogitas:tibi cũ hoĩe disertissimo &ad dicendum paratissimo futurum esse certamen:q cum modo disserendum modo omni ratione pugnandum certandumq; sit.cuius ego ingeniũ ita laudo ut non ptimescã.ita ,pbo:ut me ab eo delectari facilius q̃ decipi putẽ posse.Nũq̃ ille me opprimet cõsilio.nũq̃ ullo artificio peruertet.nunquã ĩgenio me suo labefactare atq; infirmare conabit.Noui oẽs hoĩs petitiones rationesq; dicendi.Sæpe in iisdem sæpe ĩ cõtrariis causis uersati sumus.Ita contra me ille dicet q̃uis sit ingeniosus: ut nõnullũ etiam de suo ingenio iudiciũ fieri arbitretur.Te uero Cecili quemadmodũ sit elusurus q̃ omni ratiõe iacturus uidere iã uideor:quotiẽs ille tibi potestatem optionemq; facturus sit ut eligas utrũ uelis factũ esse nec ne:uerũ eẽ an falsum?utrum dixeris:id contra te futurum.Qui tibi æstus q error quæ tenebræ dii immortales erunt:homini minime malo?Quid cum accusationis tuæ membra diuidere cœperit & in digitis suis singulas partes causæ cõstituere?Quid cũ unumquodq; transigere?expedire?absoluere?ipse ,pfecto metuere incipies:ne innocenti periculũ facesseris.Quid cũ cõmiserari conquæri & ex illius innidia de eo narare aliqd & in te traiicere cœperit:cõmemorare Quæstoris cũ prætore necessitudinẽ constitutã.morem maiorũ sortis religionẽ.poteris ne eius orationis subire inuidiam?Vide mõ ẽt atq; ẽt cõsidera:mihi enim uidet periculũ fore ne ille non mõ uerbis te obruat sed gestu ipso ac motu corporis præstringat acĩẽ ingenii tui.neq; ab institutis tuis cogitationibusq; abducat.Atq; huiusce rei iudiciũ iã continuo uideo futurum . Si enim mihi hodie respondere ad hæc quæ dico potueris:si ab isto libro quẽ tibi magister ludi nescio qs ex alienis oõnibus cõpositũ dedit uerbo uno discesseris posse te & illi quoq; iudicio nõ de esse & cãæ atq; officio tuo satisfacere arbitrabor.Sin mecũ in hac ,plusiõe nihil fueris:quem te in ipsa pugna cũ acerrimo aduersario fore putemus?Esto ipse nihil ẽ:nihil põt.At uenit paratus cũ suscriptoribus exercitatis & disertis.est tamen hoc aliqd:tãetsi non ẽ satis.oĩbus enim rebus is q princeps in agendo est:ornatissimus & paratissimus eẽ debet.Verũtamen.L.Apuleium esse uideo proximum subscriptorem hominem non ætate sed usu forensi atq; exercitatione tyronem. deinde ut opinor:hebet Halienum hunc tamen a subsellis qui qd ĩ dicendo possit:nunq̃ satis attẽdi:ĩ clamãdo qdem uideo eum esse bene robustum atq; exercitatum:ĩ hoc spes tuæ sunt omnes:hic si tu erit actor cõstitutus totum iudicium sustinebit.At ne is quidem tãtum cõtendet in dicendo:quantum potest sed consulet laudi & existimatiõi tuæ:& ex eo quod ipse põt: ĩ dicendo aliquãtulum remittet:ut tum aliquid esse uideare.Vt in actoribus græcis fieri uidemus:sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partum cum possit aliquanto clarius dicere:quam ipse primarum : multum summittere ut ille princeps quã maxime excellat.Sic faciet Halienus tibi seruiet tibi lenocinabitur.Minus aliquanto contendet:quã potest Iam hæc considerate eiusmodi accusatores in tanto iudicio simus habituri cum ipe Halienus ex ea facultate. q̃ habet:aliquãtum detracturus sit.& Cecilius tum se deniq; aliqd factuũ putet si Halienus minus uehemẽs fuerit.& tibi primas in dicẽdo ptes cõcesserit.Quãtum quẽ sit habiturus:nõ uideo nisi quẽ forte ex illo grege Oratorũ q subscriptionẽ sibi postularunt cuicũq; uos delationẽ dedissetis ex qbus alienissimis hoĩbus ita paratus uenis:ut tibi hospes aliqs sit recipiẽdus:qbus ego nõ sum tãtum gonorẽ habiturus:ut ad ea q̃ dixerit certo loco aut singulatim unicuiq; rũdeã.Sic breuiter quoniã nõ cõsulto sed casu ĩ eorũ mentionem ĩcidi: q̃si pteriens satis faciã uniuersis.Tãta ne uobis ĩopia uideor eẽ amicorũ:ut mihi non ex his quos mecũ adduxeri sed de populo subscriptor addat?Vobis ãt tãta ĩopia reorũ ut mihi cãm pripere conemini:potius q̃ aliquos a colũna ænea uestri ordis reos repiatis.Custodẽ inqt Tullio me apponite.qd mihi q̃ multis custodibus opus erit?si te semel ad meas capsas admisero?q nõ solum ne qd nũcies:sed etiã ne qd auferas:custodiendus sis:sed de illo custode toto sic uobis breuissime rũdebo:nõ esse uos tales uiros cõmissuros ut ad cãm tãtã a me suscepta mihi creditã qsq̃ subscriptor me iuito.Aspirare possit.Et.n.fides mea custodem repudiat.diligẽtia specularatorem reformidat.Verũ ut ad te redeã Cecili q̃ multa re deficiãt uides:q̃ multa sint in te q̃reus nocens ĩ accusatore suo cupiat esse ,pfecto iã ĩtelligis.qd ad hæc dici põt.Nõ.n.q̃ro qd tu dicturus sis:uideo mihi nõ te sed hunc librum eẽ respõsurũ:quẽ monitor tuus hic tenet.q si te recte monere uolet:suadebit tibi:ut hic discedas. neq; mihi uerbũ ullum respõdeas.qd.n.dices?an id q; dictitas iiuriã tibi fecisse Verrem?arbitror.neq;.n.esset uerisimile cum oĩbus Siculis faceret iiurias te illi unum eximiũ cui cõsuleret:fuisse.sed cæteri Siculi ultorem suarũ iniuriarũ iuenerunt.tu dum tuas iiurias p te id q;nõ potes:pseq conaris:id agis:qt ceterorũ quoq; iiuriæ sint impunitæ atq; inultæ.Et hoc te pterit:nõ id solum spectari solere:q debeat:sed ẽt illud:q possit ulcisci in quo utrũq; sit:eũ supiorẽ esse.In quo alterũ.in eo nõ qd is uelit:sed quid facere possit q̃ri solere.Quod si ei potissimum cẽses pmitti oportere accusandi ptãtem:cui:maximã.C.Verres iiuriã fecerit:utrũ tãdem cẽses hos Iud.grauius ferre oportere te ab illo esse læsum an ,puinciã Siciliã esse uexatã ac pditã?Opinor concedis multo hoc esse grauius & ab oĩbus ferri grauius oportere.Cõcedẽ igit ut tibi anteponat in accusando Prouincia. Nã ,puincia accusat:cum is agit cãm quem sibi illa defensorem sui iuris ultorem iiuriarũ actorem totius cãæ adoptauit.At eam tibi.C.Verres fecit iniuriam quæ cæterorũ quoq; oĩos posset alieno ĩcommodo cõmoue

re? minime. nã id quoq; ad rem pertinere arbitror: q̃lis iniuria dicat: quæ cã inimicitiarum ꝓferat. Cognoscite ex me: nã iste eã ꝓfecto nisi plane nihil sapit: nunq; proferet. Agõis est q̃dã Lilybetana liberta Veneris Erycinæ quæ mulier ãte hũc Questorẽ copiose plane & locuples fuit. Ab hac præfectus Antoni q̃dã symphõiacos seruos abducebat per iniuriam quibus se in classe uti uelle dicebat. Tum illa ut mos ĩ Sicilia est omnium Venereorum & eorum qui a Venere se liberauerunt: ut Præfecto illi religionem Veneris nomenq; obiiceret: dixit & se & oia sua ueneris esse. Vbi hoc q̃stori Cecilio uiro optimo & hõi æqssimo nunciatũ ẽ uocari ad se Agonidẽ iubet. iudiciũ dat stati: si pateret: eã se & sua ueneris eẽ & dixisset. iudicat Recupatores id qd̃ necesse erat: neq;. n. erat cuiq̃ dubiũ quin illa dixisset. iste ĩ possionẽ bonoꝝ mulieris mittit. ipsam Veneris in seruitutem adiudicat. deinde ꝑona uendit. pecuniam redigit. Ita dum pauca mancipia Veneris nomine Agõis hac religione retinere uult: fortunas omnes libertatemq; suam istius iniuria perdidit. Lilybeũ Verres uenit postea rem cognoscit factum improbat. cogit Quæstorem suum pecuniã quã ex Agonidis bonis redigisset: eã mulieri omnem ãnumerare & reddere. Et adhuc id quod uos omnes admirari uideo: non Verres sed Qu. Mutius. Quid enim facere potuit elegãtius ad hominum existimationẽ? æquius ad leuãdam mulieris calamitatem? uehementius ad Quæstoris libidinem cohercendã? Sum me hæc oia mihi uidentur esse laudanda. sed repente e uestigio ex homine tanquã aliquo. Circeo poculo factus est. Verres redit ad se: atq; ad mores suos. nam ex illa pecunia magnã partẽ ad seuertit: mulieri reddidit quãtulũ uisum ẽ. Hic tu si læsum te a Verre eẽ dices: patiar & cõcedam si iniuriam tibi factam quæreris defendã: & negabo. Deinde de iniuria q̃ tibi facta sit: neminem nostrum grauiorem iudicem esse oportet: q̃ teipsum cui facta dicit. Si tu cum illo postea in gratiam redisti. si domi illius aliquotiens fuisti. si ille apud te postea cœnauit: utq; te perfidiosum an præuaricatorem existimari mauis. Video esse necesse alterutrum sed ego tecum in eo non pugnabo: quominus utrũ uelis: eligas. Quid si ne iniuriæ qdẽ quæ tibi ab illo facta sit: cã remãet qd habes: quod possis dicere: q̃obrem non modo mihi sed cuiq̃ anteponere? nisi forte illud qd̃ dicturum te esse audio Quæstorẽ illius fuisse. Quæ causa grauis eẽt: si certares mecum uter nostrũ illi amicitior esse deberet. in contentione suscipiendarum inimicitiarum ridiculum est putare causam necessitudinis ad in ferendũ periculũ iustam uideri oportere Etenĩ si plurimas a tuo ꝑtore iniurias accepisses tamen eas ferendo maiorem laudem q̃ ulsciscendo mœrere. Cum uero nullum illius in uita rectius factum sit: q̃ id quod tu iniuriam appellas. Hi statuẽt hanc cãm q̃ ne in alio qdẽ ꝓbarẽt: ĩ te iustã ad necessitudinẽ uiolãdã uideri. Qui si summã iniuriã ab illo accepisti: tũ quoniã Quæstor eius fuisti: nõ potes eũ sine ulla uitupatiõe accusare. Si uero nulla tibi fcã ẽ iniuria sine scelere eũ accusare nõ potes. Quare cũ incertũ sit d̃ iniuria: quẽq; eẽ hoꝝ putas: q nõ malit te sine uitupatiõe q̃ cũ scelere discedere? At uide qd differat ĩter meã opinionẽ ac tuã. Tu cũ oibus rebus inferior sis: hac una in re te mihi anteferri putas oportere: quod Quæstor illius fueris: Ego si superior cæteris rebus esses: te hanc unam ob causam accusarem repudiari putarẽ oportere. Sic. n. a maioribus nostris accepimus: prætorẽ Quæstori suo parẽtis loco eẽ oportere. nullã neq; iustiorẽ neq; grauiorẽ cãm necessitudinis posse repiri q̃ cõiũctionẽ sortis q̃ ꝓuiciæ q̃ officii q̃ dublicã muneris societatẽ. Quãobrẽ si iure eũ possis accusare tamẽ cũ is tibi parẽtis nũero fuisset: id pie facere nõ posses. Cũ uero neq; iniuriã acceperis: & ꝑtori tuo piculũ crees: fatearis necesse ẽ te illi iniustũ impiũq; bellũ iferre conari. Etenĩ ista Quæstura ad eã rẽ ualet: ut elaborãdũ tibi in rõe reddẽda sit: q̃obrẽ qui Quæstor eius fueris: accuses. Nõ ut ob eã ipam cãm postulãdum sit: ut tibi potissimũ accusatio det. neq; fere unq̃ uenit ĩ cõtentionem d̃ accusando q q̃stor fuisset: qn repudiaret: Itaq; neq;. L. Philoni ĩ. C. Seruilium nois d̃ferendi ꝑtãs est data neq;. M. Aurelio Scauro ĩ. L. Flaccum neq; Gn. Põpeio ĩ. T. Albutium: quoꝝ nemo ꝓp ĩdignitatem repudiatus est. sed ne libido uiolãde necessitudinis auctoritate iudicum comprobaret. Atq; ille. Gn. Põpeius ita cum. C. Iulio cõtendit: ut tu mecum. Quæstor. n. Albutii fuerat ut tu Verris. Iulius hoc secũ auctoritatis ad accusandum afferebat: q; ut hoc tpe nos ab Siculis sic tum ille ab Sardis rogatus ad cãm accesserat. Semp hæc cã plurimum ualuit. semp hæc rõ accusandi hõestissima ꝓ sociis ꝓ salute ꝓuiciæ ꝓ exteraꝝ nationum cõmodis inimicitias suscipe ad piculum accedet operã studium laborẽ ĩterponere. Etenĩ si ꝓbabilis est eoꝝ cã q iiurias suas ꝑseq uolunt: q̃ ĩ re dolori suo nõ reip. cõmodis seruiunt: q̃to illa cã honestior: q̃ nõ solum ꝓbabilis uideri sed ẽt grata esse debet? nulla priuati accepta iiuria socioꝝ atq; amicoꝝ. Po. Ro. dolore atq; iniuriis cõmoueri. Nup cũ ĩ. P. Gabiniũ uir fortissimus & inocẽtissimus. L. Piso delationẽ nois postularet: & cõtra. Qu. Cecilius peteret: isq; se uetetes inimicitias iã diu susceptas ꝑsequi diceret: cum auctoritas ac dignitas Pisonis ualebat plurimũ: tũ illa erat cã iustissima: qd̃ eum Achei sibi patronũ adoptauerant. Et. n. cũ lex ipsa de pecuniis repetundis socioꝝ atq; amicoꝝ. Po. Ro. cã patrata sit: iniquũ ẽ nõ eũ legis iudiciiq; actorẽ idoneũ maxie putari: quẽ actorẽ idoneum cãæ suæ socii defensoremq; fortunaꝝ suaꝝ potissimum eẽ uoluerunt. An qd ad cõmemorãdum ẽ honestius: id ad ꝓbãdum nõ multo uideri debet æqus? Vtra igit est splẽdidior utra illustrior cõmemoratio? Accusaui eũ cui. Quæstor fuerã q cum me sors consuetudoq; maioꝝ q cũ me deoꝝ hoiumq; iudicium cõiunxerat: an accusaui rogatu socioꝝ atq; amicoꝝ? Delectus sum ab uniuersa ꝓuincia q eius iura fortunasq; defenderẽ. Dubitare qsq̃ põt: qn honestius sit eoꝝ cã apud quos q̃stor fueris: q̃ eũ cuius q̃stor fueris: accusare? Clarissimi uirin ꝛæ ciuitatis tpibus optimis hoc sibi ãplissimũ pulcherrimũq; ducebãt: ab hospitibo cliẽtibusq; suis ab exteris natiõibus q̃ ĩ amicitiã. Po. Ro. ditionẽq; eẽnt iiurias ꝓpulsare: eorumq; fortunas defendere. M. Catonẽ illum sapientẽ clarissimum uiꝝ & prudentissimũ cũ multis graues inimicitias gessisse accepimus ꝓp Hispanoꝝ apud quos Consul fuerat: iniurias. Nuper Gn. Dimitiũ scimus Decimo Scyllano diẽ dixisse ꝓp unius hominis Egritomari paterni amici atque hospitis iniurias. Neque. n. magis aios hoium nocẽtiũ res unq̃ ulla cõmouit. q̃ hæc maioꝝ cõsuetudo lõgo ĩteruallo repetita atq; relata. Socioꝝ q̃rimoniæ delatæ ad hoiem nõ inertissimum susceptæ ab eo q uidebat eoꝝ fortunas fide diligẽtiaq;

ſua poſſe defendet. Hoc timet hoies. hoc laborat. hoc inſtitui atque adeo inſtitutũ referri ac renouari mole/ ſte ferũt. Putat fore uti ſi paulatim hæc cõſuetudo ſerpere ac pdire cæperit per hoies honeſtiſſimos uiroſq; fortiſſimos nõ imperitos adoleſcentulos aut illiuſmodi q̃druplatores leges iudiciaque adminiſtrarẽtur. Cu/ ius cõſuetudinis atque inſtituti patres maioreſque nros nõ pœnitebat. tũ cum. P. Lentulus is q priceps Sena/ tus fuit accuſabat. M. Aquiliũ ſub ſcriptor. C. Rutulio Rufo. aut cũ. P. Africanus hõ uirtute fortũa gloria re/ bus geſtis ampliſſimus: poſteaq̃ bis Cõſul & Cẽſor fuerat. L. Cotta ĩ iudiciũ uocabat iure tũ florebat. Po. Ro. nomẽ. iure auctoritas huius ĩperii ciuitatiſque maieſtas grauis habebat: Nemo mirabat in Africão illo q; in me nũc hoie puis opibus ac facultatibus pdito ſimulat ſeſe mirari cũ moleſte ferat. Quid ſibi iſte uult: accuſa/ tore ne ſe exiſtimari q ãtea defendere cõſueuerat: nunc pferti ea iã ætate cũ edilitatem petat: Ego uero ætatis nõ modo meæ ſed multo etiam ſupioris & honoris ampliſſimi puto eſſe & accuſare improbos & miſeros calamitoſoſq; defendere. Et pfecto aut hoc remedium eſt egrotæ ac ppe deſperatæ Reipu. iudiciiſq; corru/ ptis ac contaminatis paucoꝝ uitio ac turpitudine hoies ad legũ defenſionem iudiciorũq; auctoritatẽ q̃ hone/ ſtiſſimos & integerrimos diligentiſſimoſq; accedere: aut ſine hoc qdẽ pdeſſe poterit: pfecto nulla unq̃ medi/ cina his tot incõmodis reperiet. Nulla ſalus Reip. maior ẽ q̃ eos q alterũ accuſant: nõ mius de laude d̃ honore de fama ſua q̃ illos q accuſantur de capite ac fortunis ſuis ptimeſcere. Itaq; ſemp hi diligẽtiſſime laborioſiſſi/ meq; accuſarunt q ſe ipſos ĩ diſcrimen exiſtimatiõis uenire arbitrati ſunt. Quãobrem ſtatuere iudices debe/ tis. Qu. Cecilium de quo nulla unq̃ opinio fuerit nullaq; ĩ hoc ipſo iudicio expectatio futura ſit: q neq; ut ãte collectã famã cõſeruet: neq; uti reliq tpis ſpem cõfirmet laborat: nõ nimis hanc cãm ſeuere nõ nimis accurate nõ nimis diligenter actuꝝ. Habet. n. hoc q; ĩ offenſiõe deperdat: ut turpiſſime flagicioſiſſimeq; diſcedat. Ni/ hil de ſuis ueteribus ornamentis reqrit. A nobis multos obſides habet Po. Ro. quos ut ĩcolumes conſeruare tueri cõfirmare ac rccuperare poſſimus: oĩ rõne erit dimicãdum. Habet honorẽ quẽ petimus: habet ſpẽ quã ppoſitã nobis habemus habet exiſtimationem multo ſudore labore uigiliiſq; collectã ut ſi ĩ hac cã noſtꝝ of/ ficium ac diligentiã pbauerimus: Hæc q̃ dixi retinere p. Po. Ro. ĩcolumia ac ſalua poſſimus. Si tãtulum offe/ ſum titubatumq; ſit: ut ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt: uno tpe uniuerſa pdamus. Quapp Iud. ueſtꝝ eſt diligere quem exiſtimetis facillime poſſe magnitudinem cãæ ac iudicii ſuſtinere fide diligentia cõſilio au/ ctoritate. Vos ſi mihi. Qu. Cecilium ante poſueritis: ego me dignitate ſupatum non arbitrabor Po. Ro. ne tã honeſtã tã ſeuerã diligẽtemq; accuſationem neq; uobis placuiſſe neq; ordini uro placere arbitret puidete.

M.T.C. ACCVSATIONEM IN.C.VERREM. LIBER .II.

QVOD Erat optãdum maxie Iud. & qd̃ unum ad iuidiã uri ordinis ifamiãq; iudicioꝝ ſedãdã maxie ptinebat: id nõ humano cõſilio ſed ppe diuinitus datum atq; oblatũ uobis ſũmo reip. tpe uidet. Inueterauit. n. iã opinio pnitioſa reip. uobiſq; piculoſa quæ nõ mõ apud exteras na/ tiones ſed oĩum ſermone pcrebuit his iudiciis quæ nunc ſint: pecunioſum hoiem q̃uis ſit no/ cẽs neminem poſſe dãnari. Nunc ĩ ipſo diſcrimie ordinis iudiciorũq; ueſtroꝝ cũ ſint parati q cõcionibus & legibus hãc iuidiã Senatus inflamare conent: reus in iudicium adductus eſt. C. Verres homo uita atq; factis omnium iam opinione damnatus: pecuniæ magnitudine ſua ſpe ac predicatio/ ne abſolutus. Huic ego cãæ Iud. cũ ſumma uoluntate & expectatiõe Po. Ro. actor acceſſi: non ut ageré iuidiã ordinis. ſed ut ifamiæ cõi ſuccurrerem. Adduxi. n. hoiem in quo recõciliate exiſtimationem iudicioꝝ amiſſã redire ĩ gratiã cum Po. Ro. ſatis facere exteris natiõibus poſſetis: depeculatorem ærarii uexatorem Aſiæ atq; Pamphyliæ prædonẽ Iuris Vrbani labem atq; pernicié prouinciæ Siciliæ de quo ſi uos ſeus re ac religioſe iu/ dicaueritis auctoritas ea quæ in uobis remanere debet: hærebit. Sin iſtius ingentes diuitiæ iudiciorum reli/ gionem ueritatemque pfregerint ego hoc tamen aſſequar: ut iudiciũ potius Reip. q̃ aut reus iudiciis aut ac/ cuſator reo defuiſſe uideat. Et qdem ut de me confitear Iud. cum multæ mihi a. C. Verre inſidiæ terra mari/ que factæ ſint: quas ptim mea diligentia deuitarim: ptim amicoꝝ ſtudio officioque repulerim: nunq̃ tamen neq; tãtũ periculũ mihi adire uiſus ſum: neq; tãtope ptimui ut nũc ĩ ipo iudicio: neq; tãtũ me expectatio ac/ cuſatiõis meæ concurſuſq; tantæ multitudinis qbus ego rebus uehemẽtiſſime pturbor cõmouet: quãtũ iſti/ us inſidiæ nefariæ quas uno tpe mihi. M. Glabrioni Pr. ſociis exteris nationibus ordini nomini denique ſe/ na torio facere conabatur. Qui ita dictitat: iis eſſe metuẽdũ q qd̃ ipſis ſolis ſatis eſſet. ſurripuiſſent: ſe tantũ ra/ puiſſent: ut id multis ſatis eſſe poſſit: Nihil eẽ tam ſanctum q; nõ uiolari nihil tã munitũ q; nõ expugnari pe/ cunia poſſit. Quod ſi q̃ audax eſt ad conãdũ: tã eẽt obſcurus in agendo fortaſſe aliq̃ in re nos aliqdo fefelliſſet: Verꝝ hoc adhuc percõmode cadit: qd̃ cũ ĩcredibili eius audacia ſingularis ſtultitia adiũcta ẽ. Nã ut aptus ĩ cor/ ripiẽdis pecũiis fuit: ſic ĩ ſpe corrũpẽdi iudicii pſpicua ſua cõſilia conatuſq; oĩbus patefecit. Semel ait ſe in uita ptimuiſſe tũ cũ primũ reus a me factus ſit. qd̃ cum e puicia recẽs eẽt inuidiaq; & ifamia nõ recẽti ſed uetere ac diuturna flagraret: tũ ad iudiciũ corrũpẽdũ tẽpus alienũ offẽderet. Itaq; cũ ego diẽ ĩ Sicilia ĩ qrendi perexi/ guã poſtulauiſſem: iuenit iſte q ſibi ĩ Achaiã biduo breuiorẽ diẽ poſtularet: nõ idẽ cõficeret diligentia & ĩdu/ ſtria ſua quot ego meo labore & uigiliis conſecutus ſum. &. n. ille Achaicus inquiſitor ne Brunduſium qui/ dem peruenit. Ego Siciliam totam quinquaginta diebus ſic obii ut omnium populorum priuatorumque litteras iniuriaſque cognoſcerem. ut perſpicuũ cuius eſſe poſſit: hoiem ab iſto q̃ſitũ eſſe nõ q reũ ſuũ adduce/ ret: ſed q meũ tempus obſideret. Nũc hõ audaciſſimus atq; amẽtiſſimus hoc cogitat. intelligit me ita paratũ atque inſtructũ in iudiciũ uenire ut nõ modo in auribus ueſtris ſed ĩ oculis oĩum ſua furta atque flagitia de/ fixurus ſim. Videt Senatores multos eſſe teſtes audaciæ ſuæ. Videt multos Equites Ro. frequentes præterea ciues atque ſocios quibus ipſe ſignes iniurias fecerit. Videt etiam tot graues ab amiciſſimis ciuitatibus Le/ gatiões cũ publicis auctoribus ac teſtimõiis cõuẽiſſe. Quæ cũ ita ſint: uſq; eo de oĩbus bõis male exiſtiat: uſq;

eo Senatoria iudicia ꝑdita ꝓfligataq; esse arbitrat: ut hoc palã dictitet: nõ sine cã se cupid um pecuniæ fuisse: quoniã tãtum ĩ pecunia ꝓsidium expiat esse sese id q; difficillimum fuerit: tps ipsum emisse Iudicii sui: quo cætera facilius emere posset. Vt quoniã crimium uĩ subter fugere nullo mõ poterat: ꝓcellã tpis duitaret. Qd si nõ mõ ĩ cã: ueꝝ ĩ aliquo hõesto ꝓsidio aut ĩ alicuius eloqntia aut grã spem aliq; collocasset: ꝓfecto non hæc oia colligeret atq; aucuparet. Nõ usq; eo despiceret: cõtẽneretq; ordinem senatorium: ut arbitratu eius deligeret. ex senatu q reus fieret: q dum hic q̃ opus essent cõpararet: cãm ĩterea ante eum diceret. Quibus ego re bus qd iste speret: & quo aĩum ĩtendat: facile ꝓspicio. Quãobrem uero se cõfidat aliqd ꝑficere posse hoc Gla briõe Pr. & hoc cõsilio ĩtelliget nõ possum. Vnum illd ĩtelligo qd pr. ĩ reiectiõe Iudicum iudicauit ea spe istũ fuisse ꝑditum: ut oẽm rõem salutis ĩ pecunia poneret. Hoc erepto ꝓsidio ut nullã sibi rẽ adiumento fore arbi traret. Et. n. qd ẽ ĩgeniũ tãtũ q̃ tãta facultas & dicendi copia: q̃ istius uita tot uiciis flagitiisq; cõiunctã ĩãpridẽ oĩum uoluntate iudicioq; dãnatã aliq; ex ꝑte possit defendere. Cuius ut adolescẽtiæ maculas ignominiasq; ꝑ tereã. Quæstura prius gradus honoris qd alid habet ĩ se nisi. Gn. Garboné spoliatũ a q̃store suo pecunia pu blica: nudatum & ꝑditũ Cõs. desertum exercitũ: relictã ꝓuiciã: sortis necessitudinẽ religionẽq; uiolatã: Cu ius legatio exitiũ fuit. Asiæ totius & pãphyliæ qbus ĩ ꝓuiciis multas domos plurias urbes oĩa fana depecula tus ẽ. tamẽ cũ ĩ. Gn. Dolo bellã suum scelus illd pristinũ renouauit: & ĩstaurauit. Quæstorium tũ eum cui le gatus & ꝓ q̃store fuisset & ĩ inuidiã suis maleficiis adduxit. & ĩ ipsis piculis nõ solũ deseruit: sed ẽt oppugna uit ac ꝓdidit. Cuius ꝑtura urbana ædiũ sacraq; fuit publicorũq; opeꝝ depopulatio simul ĩ iure dicendo bo noꝝ possessionumq; cõtra oĩum ĩstituta aditio & cõdonatio. Iã uero oĩum uitioꝝ suoꝝ pluria & maxia cõ stituit monumenta & iudicia ĩ ꝓuicia Sicilia: quã iste ꝑ triẽnium ita uexauit ac ꝑdidit ut ea restitui ĩ antiquũ statum nullo modo possit. Vix ãt per multos annos ĩnocentesq; Prætores aliq; ex parte recreari aliqdo posse uideatur. Hoc Pr. Siculi neq; suas leges neq; nostra Senatus. C. Neq; communia iura tenuerunt. Tantum qs q; habet ĩ Sicilia quantum hominis auarissimi & libidinosissimi aut imprudentiam subterfugit: aut satieta ti superfuit. Nulla res per triennium nisi ad nutum istius iudicata est. Nulla res cuiusquam tam patria atque auita fuit: quæ non ab eo imperio istius abiudicaretur. Innumerabiles pecuniæ ex aratorum bonis nouo ne fario q; instituto coactæ. Socii fidelissimi in hostium numero existimati. Ciues Ro. seruilem in modum cru ciati & necati: homines nocentissimi propter pecuniam Iudicio liberati. honestissimi atq; integerrimi absen tes rei facti in dicta causa damnati & eiecti: Portus munitissimi maxime tutissimæq; urbes piratis prædoni busq; patefactæ. Nautæ militesq; siculorum socii nostri atq; amici fame necati. Classes optimæ atq; oportu nissimæ cum magna ignominia Populi Ro. amissæ & perditæ. Idem iste Prætor monumenta antiqnissima partĩ Regum locupletissimorũ: quæ illi ornamento urbibus esse uoluerunt: partĩ ẽt nostroꝝ Imperatorum quæ uictores ciuitatibus Siculis aut dederunt: aut reddiderunt: spoliauit: nudauitq; oĩa neq; hoc solum ĩ sta tuis publicis ornamentisq; fecit: sed ẽt delubra omnia sanctissimis religionibus consecrata depeculatus ẽ: De um deniq; nullũ Siculis q ei paulo magis affabre atq; antiquo artificio factus uideret religt. In stupris uero & flagitiis nefarias eius libidines commemorare pudore deterreor. Simul illorum calamitatem commemorã do augere nolo: qbus liberos coniugesq; suas integras ab istius petulantia conseruare non licitum est. At enĩ hæc ita commissa sunt ab isto: ut non cognita sint ab omnibus? Hoiem esse arbitror neminem qui nomen istius audierit: qui facta quoq; eius nefaria commemorare possit: Vt mihi magis timendum sit ne multa cri mĩa prætermittere q̃ ne qua ĩ istum fingere existimer. Neq; n. mihi uidetur hæc multitudo: quæ ad audien dum conuenit: cognoscere ex me causam uoluisse: sed ea quæ scit mecũ recognoscere. Quæ cum ita sint: iste hõ amens ac perditus alia mecũ rõne pugnat: nõ id agit ut alicuius eloquentiam mihi opponat non gratia non auctoritate cuiusq̃ non potentiã nititur. Simulat his se rebus confidere: sed uideo. qd agat: neq; enĩ agit occultissime proponit inania mihi nobilitatis hoc est hominum arrogantium noĩa q non tam me ĩpediunt q; nobiles sunt: q̃ adiuuãt: q; noti sunt. Simulat se eoꝝ ꝓsidio confidere: cum ĩterea aliã qddã iam diu machi netur: quã spe nunc habeat ĩ manibus & qd moliat breuiter iam Iud. exponã: sed prius ut ab initio res ab eo constituta sit: quæso cognoscite. Vt primũ e ꝓuicia rediit redemptio est huius Iudicii facta grãdi pecunia mã sit ĩ ditione atq; pacto usq; ad eum finẽ dũ Iud. reiecti sunt: posteaq̃ reiectio Iudicum facta est qd ĩ sortitione istius spẽ fortuna Populi Ro. & ĩ reiiciendis Iudicibus mea diligẽtia istoꝝ ĩpudẽtiã uicerat: renunciata ẽ tota conductio. Præclare se res habebat: libelli noĩum nostroꝝ consiliiq; huius ĩ manibus erãt oĩum: nulla nota: nullus color nullæ sordes uidebãt his sententiis adimi posse cum iste repẽte ex alacri atq; læto sic erat humi lis atq; demissus. non mõ Po. Ro. sed ẽt sibi ipse cõdemnatus uideret. Ecce ãt repẽte his diebus paucis comi tiis Cõsularibus factis eadẽ illa uetera cõsilia pecunia maiore repetũt. Eedẽq; uestræ famæ fortunisq; oĩum ĩsidiæ ꝑ eosdẽ hoies cõparant. Quæ res prĩo Iud. ꝓtenui nobis argumento Indicioq; patefacto ẽ. Post aperto suspicionis ĩtroitu ad oĩa ĩtima istoꝝ cõsilia sine ullo errore puenimus. Nã ut Hortẽsius Cõs. designatus do mum reducebatur e campano cum maxima frequentia ac multitudine fit obuiam casũ ei multitudini. C. Curio quem ego hominem honoris potiusquã cõtumeliæ causa nomĩa tum uolo. Etenĩ ea dicã quæ ille: si cõmemorari noluisset: non tanto ĩ conuentu tam aperte palamq; dixisset: quæ tamẽ a me pedetentĩ cautẽq; dicentur: ut amicitiæ nostræ & dignitatis illius habita rõ esse ĩtelligatur. Videt ad ipsum fornicẽ Fabianum In turba Verrem: appellat hominem & ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Ipsi Hortensio qui Consul erat factus propinquis necessariisq; eius q tum aderant: uerbum nullum facit. cum hoc consistit: hunc ample xatur: hunc iubet sine cura esse. Renuncio iquit tibi te hodiernis comitiis esse absolutũ. Quod cum tã multi homĩes honestissimi audissent: statĩ ad me defertur: ĩmo uero ut qsq; me uiderat narrabat. Aliis illud indi gnum aliis ridiculum uidebatur. Ridiculum iis qui istius causam in testium fide in criminum ratione in

Iudicum ptāte nō ī comitiis Cōsularibus positā arbitrabāt.Indignū iis q altius pspiciebāt.& hāc gratulatio/
ne ad Iudicium corrupēdum spectare arbitrabant.Etenī sic ratiocinabant:sic honestissimi hoies ītra se &
mecum loqbant:apte iā & pspicue nulla esse iudicia q reus pridie iā ipse se cōdemnatum putabat:is posteaq
defensor eius Cōsul est factus absoluit.Quid igit q tota Sicilia:qd omnes Siculi oēs negociatores oēs publi
cæ priuatæq; lītæ Romæ sūt nihil ne id ualebat nihil iuito Cōs.designato.Quid Iud.nō crimīa nō testes nō
existimationē po.ro.seqntur? num oīa ī unius ptāte ac moderatiōe uertent? Vere loqr Iud.uehementer me
hæc res cōmouebat.Optius.n.qsq; ita loqbat:iste qdē tibi eripiet:sed nos ū tenebimus Iudicia diutius.Et.n.
qs poterit Verre absoluto de trāsferendis iudiciis recusat:erat oībus molestū:neq; eos tā istius hoīs pditi subi
ta læticia q̄ hoīs amplissimi noua cōgratulatio cōbuebat.Cupiebā dissimulare me id moleste ferre. cupiebā
aī doloré uultu tegere:& taciturnitate cælare.Ecce aūt illis ipsis diebus cū Pr.designati sortirēt &.M.Metel/
lo obtigisset:ut is de pecuniis repetundis quæreret:nūciat mihi tantā gratulationē isti eē factā ut is quoq; do
mū pueros mitteret:q uxori sue nunciarēt.Sane ne hæc qdē res mihi placebat:neq; tātope qd ī hac sorte me/
tuēdū mihi eēt itelligebā.Vnū illud ex hoībus certis ex qbus oīa cōperī:repiebā fiscos cōplures cū pecunia si/
ciliēsi.a quodā Senatore ad Eqtē Ro.eē trāslatos:ex his:quasi.x.fiscos ad Senatoré illū relictso esse comitiorū
noīe diuisores oīum tribuū nocte ad istū uocatos:ex qbus qdā q se oīa mea cā facere debere arbitrabat:Eadē
illa nocte ad me uenit demōstrat q̄ iste oīone usus eēt:cōmemorasse istū quā liberaliter eos tractasset ēt an/
tea cū ipse ptūrā petisset:& pximis Cōsularibus prætoriisq; comitiis:deīde eē pollicitū q̄tā uellēt pecuniam
si me ædilitate deiecissent:hoc alios negasse audere:alios respōdisse:nō putare id pfici posse:inuentū tū eē sor
tē amicū ex eadē familia Qu.Verré Romulia ex optīa diuisorū disciplīa patris istius discipulū atq; amicū qui
H.S.qngētis milibus depositis id se pfectuū polliceretur.Et fuisse tamē nōnullos q se una facturos eē dice/
rēt.Quæ cū ita eēnt.sane beniuolo aio me ut magnope caueré:præmonebāt:Soilicitabar rebo maximis uno
atq; eo pexiguo tpe.Vrgebāt comitia & his ipsis oppugnabar grādi pecunia.Instabat iudiciū ei quoq; nego/
cio fisci Siciliēses minabāt agere:quæ ad iudiciū ptinebāt libere comitioū metu deterrebar petitiōi toto aio
seruire pp iudiciū nō licebat minari deniq; diuisoribus rō nō erat ppea qd eos itelligere uidebā me hoc iudi
cio districtū atq; obligatū futuū.Atq; hoc ipso tpe Siculis denūciatū eē audio:primū ab Hortēsio domū ad:
illū ut uenirēt.Siculos sane ī eos liberos fuisse q q̄obré accerserēt:cū itelligerēt nō uenisse.Interea comicia no
stra quoū iste se ut cæteroū hoc anno comitioū dominū eē arbitrabat:haberi cœpta sunt.Cursare iste ho/
mo potēs cū filio blādo & gratioso circū tribus paternos amicos hoc ē diuisores appellare oēs:& conuenire:
Qd cū eēt itellectū & aīaduersum fecit aio libētissimo.P.Ro.ut cuius diuitiæ me de fide deducere nō potuis/
sent ne eiusdē pecuniæ de honore deiicerēt.Postea q̄ illa petitionis magna cura liberatus sum:aio cœpi mul/
to magis uacuo ac soluto nihil aliud nisi de iudicio agere & cogitare.Repio Iud.hæc ab istis cōsilia inita & cō/
stituta ut q̄cūq; opus eēt rōe res ita ducerēt:ut apd.M.Metellū.Pr.cā dicerēt ī eo eē hæc cōmoda primū.M.
Metellū amicissimū deīde Hortēsium Cōs.Eos nō solū sed ēt Qu.Metellū q q̄ isti sit amicus attēdite.Dedit
Epicratem conueniunt.demonstrant id quod ille sciebat se.HS.lxxx.dedisse:rogant eum ut id q̃ ab ipsis ab esset penuniæ curet ab sese caueat quēadmodū uelit de illa hæreditate cum Epicrate neminē cē actuꝝ.Epicrates hoīes multis uerbis male acceptos dimisit.Redeūt illi Regio syracusas:quæri cum multis ita ut fit:ici piūt.sese.HS.lxxx.nummum frustra dedisse.res percrebuit.in ore atq̃ sermone omnium cœpit esse.Verres refert illam suā Syracusanā:ut sese uelle de illis.HS.lxxx.cognoscere aduocat multos.dicit.Bidini Volcatio se dedisse.illud non addunt:iussu istius Volcatium uocat.Pecuniam referri imperat.Volcatius animo æquissimo nummos affert.qui nihil amitteret.reddit ispectantibus multis Bidini nūmos auserūt.dicet aliqs.Quid ergo in hoc Verrem repræhendis:qui non modo ipse fur non est:sed ne alium quidem passus est esse? attendite iam intelligetis hanc pecuniam qua uia modo uisa est exire ab isto:eadem semita reuertisse. Quid enim debuit Pr.consilio recognito cum comperisset suum comitem iuris decreti iudicii corrumpendi causa qua in re caput ipsius Pr.existimatioque ageretur:pecuniam accepisse.Bidinos autem contra Pr.famam ac fortunam dedisse nō ī eum q accepisset animaduertisse:& in eos q dedissent.Tu q istitueras ī eos aīaduertēr q ppe ram iudicassent quot sæpe per improuidentiam fit:hos patris impune discedere? qui ob tuum decretum ob tuum iudicium pecuniam aut dandam aut accipiendam putarant Valcatius idē apud te postea fuit 'Eques Ro.tanta accepta ignominia.Nam quid est turpius ingenuo quid minus libero dignum q̃ ī conuentu maximo cogi a magistratu furtum reddere? qui si eo animo esset:quo non modo Eques Ro.sed quiuis liber debet esse aspicere te postea non portuisset:inimicus hostis esset tanta contumelia accepta:nisi tecum tum collusisset:& tuæ potius existimationi seruisset:quā suæ.q q̃ tibi amicus non mō tum fuerit:q̃diu tecum in prouincia fuit:uerūēt nūnc sit cum ia a cæteris amicis sis relictus:& tu intelligis: & nos existimare possumus.an hoc solum argumentum est nihil isto imprudente factum quod Volcatius ei non succensuit:quod iste nec ī Volcatium nec in Bidinos animaduertit.est magnum argumētum uerum illud maximum quod illis ipsis Bidinis quibus iratus esse debuit:aut a qbus cōperit.q̃ iure agere cum Epicrate nihil possent:etiā si adesset: Iccirco suum decretum pecunia esse tentatum.His inquam ipsis non modo illam hæreditatem quæ Epicrati uenerat:sed ut in Heraclio Syracusano.Itē ī hoc paulo ēt atrocius q̃ Epicrates appellatus omnino nō erat. bona patria fortunasq̃ eius libidini tradidit.Ostēdit.n.nouo modo si quis qd absente peteret se auditurum adeunt Bidini petunt hæreditatē.procuratores postulant:ut se ad leges suas reiiciat.aut ex lege Rupilia legē scribi iubeat.aduersarii non audebant cōtra dicere exitus nullus reperiebat.insimulant homines fraudandi causa discessisse.postulāt ut bona possidere liceat.Debebat Epicrates ullū nūmū nemini.amici si qs qd peteret:iudicio se passuros iudicatū solui satis daturos esse dicebāt cū omnia iudicia fingerēt admonitu istius ĩsimulare cœperunt Epicratē:lras publicas corrupisse a qua suspitione ille aberat plurimum.actionē eius rei postulant.amici recusare ne quid nouum iudicium neque ipsius cognitio illo absente de existimatione eius constitueretur & simul idem illud postulare non desistebant:ut se ad leges suas reiiceret. Iste amplam occasionem calumniæ nactus ubi uidet esse aliquid quod amici absentem Epicratem no llent defendere: asseuerat se eius rei in primis actione esse daturum.Cum omnes perspicerent ad istum non modo illos nūmos q̃ per simulationē ab isto exierāt:reuertisse:sed multo ēt plures eū postea nūmos abstulisse amici Epicratē defendere destiterūt.Iste Epicratis bona bidīos oīa possidere &'sibi habēr iussit:ab illa.HS.d.milia hæreditaria accessit ipsius antiqua.HS.qndecies pec.uerū res ab initio ita ducta est.An ad exttremum ita p̄ducta est? An ita parua est pecū ia? an his homo Verres ut hæc quæ dixi gratis facta esse uideant? Hic nunc de miseria Siculoꝝ Iud.audite.& Heraclius ille syracusanus & hic Bidinus Epicrates expulsi bonis oībus Romā uenerunt. sordidaq̃ maxima barba & capillo Romæ biennium ꝓpe fuerunt.Cum Qu.Metellus in ꝓuinciā ꝓfectus ē tum isti bene cōmendati cum Metello una ꝓficiscunt.Metellus simul ac uenit Syracusas:utrūq̃ rescindit & de Epicrate & de Heraclio.In utriusq̃ bonis nihil erat:q̃ restitui posset:nisi q̃ moueri loco non poterat.Fecerat hæc ægregie primo aduentu Metellus:ut oēs istius iniurias quas modo posset rescinderet: & irritas faceret.heraclium restitui iusserat:non restituebat qsquis erat ductus Senator syracusanus ab heraclio duci iubebat.Itaq̃ per multi ducti sunt.Epicrates quidem cōtinuo restitutus est.Alia iudicia Lilybei alia Agrigēti alia Panormi restituta sunt.Census qui isto Pr.sunt habiti non seruaturum se ostendit Metellus.Decumas quas iste contra legem Hieronicam uendiderat:sese uenditurum Hieronica lege dixerat.Oīa erāt Metelli eiusmodi:ut totam suam Præturam retexere uideretur.simul atq̃ ego in siciliam ueni mutatus est.Venerat ad eum illo Biduo Letilius quidam homo non alienus a litteris.Itaq̃ eo iste tabellario semp usus est.Is epistolas complures attulerat.in his una domo q̃ totum immutarat hoīem repente cœpit dicere:se omnia Verris cā uelle: sibi cum eo amicitiā cognationemq̃ eē.mirabant oēs hoc ei tum deniq̃ ī mētem uenisse.Postea q̃ tam multis eum factis decretisq̃ iugulasset.Erant q putarēt Letilium Legatum a Verre uenisse:q gratiam amicitiam cognationemq̃ commemoraret.Ex illo tpe a ciuitatibus laudationem petere.testes nō solum deterrere uerbis:sed ēt ui retinere cœpit.Quod ego nisi meo aduentu illius conatus aliquantulum repræssissem: & apud Siculos non Metelli sed Glabrionis litteris ac lege pugnassem:tam multos huc euocare non potuissem. Verum quod institui dicere.Miserias cognoscite Siculorum.Heraclius ille & Epicrates longe mihi obuiam cū suis omnibus processerunt.Venienti syracusas:ægerunt gratias flentes Romam decedere mecum cupierūt. Quod erant mihi oppida complura ēt reliqua constitui cū hoībus quo die mihi Messanæ p̄sto eēnt. Eo mihi nūcium miserūt.se tpe retineri.qbus ego testimonium denūciaui quoꝝ noīa edidi Metello. Cupidissimi ueniēdi maximis iiuriis affecti adhuc ū uenerūt. Hoc iure sunt socii ut his ne deplorare qdē de suis incommodis liceat.iam Heraclii Centuripini optimi nobilissimique adolescentis testimonium audistis: a quo. HS.centum milia ꝓ calumniā maliciāq̃ petita sunt.iste pœnis cō ꝓmissis interpositis.HS.ccc.extorq̃nda cu

rauit:qdq; iudiciũ secũdũ Heracliũ de cõpmissis factũ erat:q; ciuis Cẽturipinus ĩtẽt duos ciues iudicauisset: irritũ iussit cẽ eũq; iudicẽ falso iudicasse iudicauit in senatu ne eẽt:locis cõmodisq; publicis uti uetuit:si quis eũ pulsasset:edixit sese iudicium iniuriaꝝ nõ datuꝝ quicqd ab eo pateretur. iudicẽ de sua cohorte daturum Ipsi ãt nullius actionẽ rei sese datuꝝ:quæ istius auctoritas tantũ ualuit ut neq; illũ pulsare qsq;.cũ.Pr.ĩ prouincia sua uerbo pmitteret:re hortaret:neq; qsquã ab eo qcq; peteret cũ iste calũniæ licẽtiã sua auctoritate posse/disset.Ignominia ãt illa grauis tã diu ĩ illo hoie fuit:q; diu iste ĩ ꝓuicia mãsit hoc iniecto metu iudicibus no/uo more nullo exẽplo.Et q; rẽ putatis eẽ ĩ Sicilia:nisi ad.nutũ istius iudicatã.Veꝝ id solũ uidet eẽ actũ qd' est tamẽ actũ:ut Heraclio pecunia eripere:an ẽt illd ĩ quo ꝑda erat maxia:ut noie iudicioꝝ oĩum bona atq; fortunaꝝ ĩ istius unius eẽnt potestate:iã uero ĩ reꝝ capitaliũ q;stionibus:qd ego unãq; rẽ colligã & cãm.Ex multis similibus ea summã:q; maxie ĩ ꝓbitate excellere uidebũt.Sopater qdã fuit Aliciẽsis hõ domi suæ cum primis locuples atq; honestus is ab inimicis suis apd.C.Sacerdotẽ Pr.rei capitalis cũ accusatus eẽt:facile eo iudicio ẽ liberatus.Huic eidẽ sopatro iidẽ inimici ad.C.Verrẽ:cũ is sacerdoti successissẽt eiusdẽ rei nomẽ detulerũt.Res sopatro facilis uidebat:& qd erat ĩnocẽs & qd sacerdotis iudiciũ ĩprobare istũ ausuꝝ nõ arbitrabat. Citat reus:cã agit syracusis crimia tractant ab accusatore ea q; erãt antea nõ solũ defensione:uerũetiã iudicio dissoluta.Cãm sopatri defendebat Qu.Minutius Eques ro.ĩ primis splẽdidus atq; honestus:uobisq; Iud.nõ ignotus.Nihil erat ĩ cã qd' metuẽdũ aut oĩo q; dubitãdũ uideret.Interea istius libertus & accẽsus idẽ Timarchides q ẽ id qd' ex plurimis testibus priore actione didicistis:reꝝ huiusmõi oĩum trãsactor & administer ad sopatꝝ uenit monet hoĩem ne nimis iudicio sacerdotis & causæ cõfidat.Accusatores inimicosq; eius habere ĩ aĩo pec.Pr.dare.Prætorẽ tamẽ absolute malle accipere.& simul malle si fieri posset:rẽ iudicatã nõ rescindere Sopater cũ hoc illi ĩprouisum atq; ĩopinatũ accidisset:cõmotus ẽ sane neq; ĩ ꝑsentia Thimarchidi qd respõderet habuit nisi se cõsideratuꝝ qd sibi de ea re eẽt faciẽdũ & simul ostendit se ĩ summa difficultate eẽ numaria post ad amicos rettulit:q cũ ei fuissent auctores redimẽdæ salutis ad Timarchidẽ uenit expositis suis difficultatibus hoĩem.HS.lxxx.ꝑducit:eãq; ei pecuniã numerat.Posteaq; ad cãm dicẽdã uẽtũ ẽ tum uero sine metu sine cura oẽs erãt q sopatꝝ defendebãt crimẽ nullũ erat.res iudicata.Verres nũmos acceperat:q posset dubitare qdnã eẽt futuꝝ res illo die nõ peroraꝝ:dimittit iudiciũ itemꝝ ad Sopatꝝ Timarchides uenit:ait accusatores multo maiorẽ pecuniã Pr.polliceri q; quantam hic dedisset:ꝓinde si saperet:uidret qd sibi eẽt faciẽdũ:homo q;q; erat & siculus & reus hoc ẽ & iure iniquo & tpe aduerso:ferre tamẽ atq; audire diutius Timarchidẽ: nõ potuit.Facite ĩqt q; uobis libet:daturus nõ sum amplius.Idẽq; hoc amicis eius & defensoribus uidebat:atq; eo ẽt magis q; iste quoquo modo se ĩ ea q;stiõe ꝑbebat:tamẽ ĩ cõsilio habebat hoĩes honestos e cõuentu syracusano q sacerdotis quoq; ĩ cõsilio fuerãt:tũ cũ eẽt idẽ hic Sopater absolutus hoc rõis habebãt: facere eos nullo modo posse:ut eodẽ crimĩe hisdẽ testibus sopatrũ cõdẽnarent iidẽ hoĩes q antea absoluissẽt:Itaq; hac una spe ad iudiciũ uenit.Quo posteaq; uẽtũ ẽ:cũ ĩ cõsiliũ freq;ntes cõuenissẽt:iidẽ q solebãt:& hac una spe tota defensio Sopatri niteret cõsilii frequẽtia & dignitate & qd' erãt:ut dixi iidem q antea sopatrũ eodẽ illo crimĩe liberarãt.Cognoscite hominis aptã ac nõ mõ nõ rõe sed ne dissimulatiõe qdẽ tectã ĩprobitatẽ & audaciã. M.Petilium Equitem Ro.quẽ habet ĩ consilio:iubet operã dare:q; rei priuatæ iudex esset.Petilius recusabat q; suos amicos:quos sibi in consilio esse uellet:ipse Verres retineret.Iste homo liberalis negat se quenq; retinere eoꝝ:q Petilio uellent adesse.Itaq; discedũt oẽs:nã cæteri quoq; ĩpetrant:ne retineãt:q se nolle dicebãt aliter iuri eoꝝ:q tũ illud iudicũ habebãt adesse.Itaq; iste solus cũ sola cohorte nequissima relinqt.Nõ dubitabat Minutius q sopatꝝ defendebat:qn iste:quoniã cõsiliũ dimisisset:illo die rem illam q;siturus nõ esset:cũ repente iubet dicere:rĩdet aliquos ad me inquit si tibi idoneus uideor:qui de hoĩe Siculo ac Græculo iudicẽ: idoneus es ĩquit:sed puellem adessent hi qui affuerant antea cãmq; cognouerãt.Dic ĩqt illi adesse nõ possunt Nã hercule inqt Qu.Minutius me quoq; Petilius:ut sibi ĩ consilio adessem rogauit:& simul a subsellis abire cœpit.iste iratus hoĩem uerbis uehemẽtioribus persequtur.atq; ei grauius ẽt minari cœpit quod ĩ se tantum crimen inuidiãq; cõflarit.Minutius q Syracusis sic negociaret.ut sui iuris dignitatisq; meminisset:& q sciret ita se ĩ ꝓuicia rẽ agere oportere ut ne qd de libertate depderet:homini: quæ uisa sunt & q; tẽpus illud tulit & cã:respõdit cãm sese dimisso & obligato cõsilio dfensuꝝ negauit.Itaq; a subseliis discessit:idemq; hoc præter Siculos cæteri sopatri amici aduocatiq; fecerũt iste.q;q; ẽ icredibili ĩportunitate & audacia tamẽ tã subito solus dstitutus primuit & cõturbatus ẽ:qd ageret:quo se euerteret:nesciebat.Si dimisisset eo tpe q;stionẽ post illis adhibitis quos ablegarat:absolutũ iri sopatꝝ uidebat sin ãt hoĩem miseꝝ atq; inocẽtẽ cõdẽnasset:cũ ipe ꝓtor sine cõsilio reus ãt sine patrono atq; aduocatis fuisset:iudiciũq;.C.sacerdotis rescidisset:iuidiã se sustiere ĩ posse tãtã arbitrabat itaq; æstuabat dubitatõe uersabat se ĩ utrãq; pte nõ solũ mẽte uerũetiã corpore:ut oẽs q aderãt ĩtelligẽ possent ĩ aĩo eius metũ cupiditatẽq; pugnat.Erat hoĩum cõuẽtus maxius sũmũ silẽtiũ sũma expectatio quõiã eẽt sua cupiditas ereptura.crebro dimitebat se accẽsus ad auré Timarchidis.Tũ iste aliquĩdo age dic ĩqt sopatrus ĩploraꝝ hoĩum atq; deũ fidẽ ut cũ cõsilio cognosceret.Tũ repẽte iste testes citari iubet.Dicit unus & alter breuiter nihil ĩterrogat ꝑco dixisse ꝓnũciat iste q;si metueret ne petilius priuato illo iudicio trãsacto aut dilato cũ cæteris ĩ cõsiliũ ꝓuertereꝝ ita ꝓperãs d sella exiluit hoĩem ĩnocẽtẽ sacerdote absolutũ ĩdicta cã d snia scribæ.Medici aruspicisq; cõdẽnauit:retiete ẽtinete hoĩem ĩ ciuitate Iud.ꝑcite & cõseruate:ut sit q uobiscũ res iudicet q ĩ Sẽatu sine ulla cupiditate d bello & pace sniam ferat:q;.n.auctoritas erit qũ iste snia; dicerdee aubit aut poterit? q;do ãt hõ tãta luxuria atq; dsidia nisi febru.mẽse aspirabit ĩ curia? ueꝝ uẽiat sane dcernat bellũ Creten.liberet Byzãtios regẽ appellet Ptolomeũ q; uult Hortẽsius oĩa dicat:& sentiat:mius hæc ad nos mius ad uitæ nr̃æ discrimẽ mius ad fortunaꝝ nr̃arum piculũ ꝓtinẽt.Illd illd ẽ capitale illud est formidolosum illud optio cuiq; metuẽdũ:quod iste ex hoc Iudicio.si aliqua ui se eripuerit:ĩ iudicibus sit ne

cesse ē:sententiam de capite.C.Ro.ferat sit ī eius exercitu signifer.q īperium Iudicioq; tenere uult.Hoc Populus Ro.recusat hoc ferre non pōt:clamat:pmititq; uobis:ut si istis hoibus delectemini:si ex hoc genere splē/doré ordini atq; ornamentum Curiæ constituere uelitis:habeatis sane uobiscum istum Senatorem istū de uobis Iudicē si uultis habeatis de se hoies siqui extra istum oedinē sunt:quibus ne reiiciundi qdē amplius q̄ triū Iud.p̄clare leges Corneliæ faciunt potestatem.Hunc hoiem tam crudelē tam sceleratum tam nefarium nolunt iudicare.Erat.n.si illud ē tam flagitiosum:quod mihi oīum req; turpissimū maximeq; nefarium uidet:ob rem iudicandā pecuniam accipere præcio habere ad dictam fidem & religionem:quanto illud flagi/tiosius īprobius indignius? eum a quo pecuniam ob absoluendum acceperis condemnare ut ne p̄donū qui/dem Prætor ī fide retinenda consuetudinē conseruaret:scelus ē accipere ab reo quanto magis ab accusatore? quanto ēt sceleratius ad utroq; fidem cum proposuisses uenalem ī prouīcia ualuit apud te plus is q pecuniā maiorem dedit.Concedo forsitan aliqs aliquando eiusmodi gppiam fecerit:cum uero fidem ac religionem tuam alteri addictam pecunia accepta habueris:post eandē aduersariis crediderīs maiore pecunia utrūq; fal/les:& trades cui uoles:& ei quæ fefelleris:ne pec.quidē reddis.Quē mihi tu Bulbum quem Scalenum:quod unquam huiusmodi monstrum aut prodigium audiuimus aut uidimus:qui cū reo transigat? post cū accusatore decidat? Honestos hoies q causam norint:ableget:consilioq; dimittat.Ipse solus reum absolutū a quo pecuniam acceperit condēnet:pecuniam non reddat:hunc hoiem Iudicum numero habebimus? hic alterā Decuriam Senatoriam Iudex obtinebit? hic de capite libero iudicabit? huic iudicialis tabella cōmitet? quā iste non mō cera uerūetiam sanguine si uisum erit:notabit·Quid.n.hoq; se negat fecisse? Illud uidelicet unū quod necesse ē pecuniam accepisse.Quid ni iste neget? at Eques Ro.qui Sopatrum defendit:q oībus eius cō/siliis rebusq; īterfuit.Qu.Minutius iuratus dicit pecuniam datam iuratus dicit Timarchidem dixisse maio/rē ab accusatoribus pecuniam dari.Dicent hoc Siculi omnes dicēt oēs Aliciēses:dicet ēt prætextatus Sopatri filius:qui ab isto hoie crudelissimo patre īnocētissimo pecuniaq; patria priuatus ē.Verū si de pecunia testibus planū facere nō possem:illud negare posses:aut nūc negabis te consilio tuo dimisso uiris primariis qui ī con/silio.C.Sacerdotis fuerant: Tibique esse solebant remotis de re iudicata iudicasse. teque eum quem. C. Sacerdos adhibito consilio causa cognita absoluisset:eundē remoto cōsilio cā incognita cōdemnasse: Cum hæc confessus eris:quæ ī foro palam Syracusis ī ore atq; oculis prouīciæ gesta sunt:negato sane si uoles pecu niā accepisse reperies credo aliquē q cū hæc q̄ palam gesta sunt:uideat:quærat:quid tu occulte geris:aut q du bitet utq; malit meis testibus an tuis defensoribus credere? Dixi iam antea me non oīa istīs q̄ ī hoc genere eēnt enumeratuq;:sed electurum ea quæ maxime excellerēt.Accipite nunc aliud eius facinus nobile & mul/tis locis sæpe commemoratum:& eiusmodi ut in uno omnia maleficia in esse uideantur.Attendite.n.diligē/ter īuenietis id facinus natū a cupiditate auctum per stupq; crudelitate pfectum atq; conclusum. Sthenius ē is qui nobis assidet Thermitanus antea multis pp summā uirtutē summāq; nobilitatē.nunc pp suam cala/mitatem atq; istius īsignem iniuriam oībus notus.Huius hospitio Verres cū esset usus:& cū apud eum non modo Thermis sæpenumero fuisset:sed ēt habitasset:domo eius oīa abstulit:q̄ paulo magis animū cuiuspiā aut oculos possent cōmouere.Et.n.Sthenius ab adolescentia paulo studiosius hæc comparabat suppellectilē ex ære elegātiorē & deliacā.& Corinthiā tabulas pictas ēt argēti benefacti prout Thermitani hominis facul/tates ferebant satis:quæ cū eēt ī Asia adolescens studiose:ut dixi cōparabat:non tam suæ delectationis causa: q̄ ad inuitationes aduētusq; nostroq; hoīum suoq; amicorum atq; hospitum:quæ postea q̄ iste omnia abstu lit:alia rogando:alia poscendo:alia sumēdo:ferebat Sthenius ut poterat tangebatur tamen animi dolore ne/cessario quod domum eius exornatā atq; īstructā fere iam iste reddiderat nudā atq; inanem.Verūtamē do/lorē suum nemini impartiebat.Prætoris iniurias tacite hospitis placide ferēdas arbitrabatur.Interea cupidi/tate iste illa sua nota atq; apud omnes peruulgata cum signa quædam pulcherrīa atq; antiquissima Thermis ī publico posita uidisset:adamauit.A sthenio petere cœpit:ut ad ea tollenda operam suam profiteretur. seq; adiuuaret sthenius uero nō solum id negauit:sed ēt ostēdit id fieri nullo modo posse :ut signa antiquissima monumēta.P.Africani ex oppido Thermitanoq; īcolumi illa ciuitate Imperioq; Po.Ro.tollerent.Et enī ut simul.P.Africani quoq; humanitatem cognoscatis:oppidum Himera Carthaginēses quondā cœperant:qd̄ fuerat in primis Siciliæ claq; & ornatum.Scipio q hoc dignum arbitrarēt bello cōfecto socios sua p nostrā uictoriā recuperare siculis oībus Carthagine capta:quæ potuit restituēda curauit.Himera deleta quos ciues belli calamitas reliquos fecerat ii sese Thermis collocarant.In hisdem agri finibus neq; longe ab oppido anti quo.Hi se patq; fortunam ac dignitatē recuperare arbitrabāt cum illa maiorum ornamēta ī illo oppido col locabāt.Erant signa ex ære complura ī his mira pulchritudine ipsa himera ī muliebrem figurā habitumq; formata:& oppidi nomīe & fluminis.Erat ēt posita Sichori poetæ statua senilis īcurua cū libro summo: ut putāt artificio facta ab eo q fuit himeræ:sed ē & fuit tota ī græcia summo pp īgeniū honore & noīe:hæc ilte ad īsaniā cōcupierat ēt q; pene p̄terii.Capellā q̄dā ē ea qdem mire:ut ēt nos q rudes haq; req; sumus:ītelligē/re possumus:scite facta & uenuste:hæc & alia Scipio nō negligēter abiecerat:ut hō ītelligēs Verres aufere pos/set:sed Thermitanis restituerat:nō quo ipse hortos aut suburbanū aut locū oīo ubi ea poneret nullū haberet sed si domū abstulisset:nō diu scipiōis appellabāt:sed eoq; ad quoscūq; eius morte uenissent.nūc his locis po/sita sunt ut mihi semper scipionis fore uideantur atq; dicantur hæc cum iste posceret ageretur que ea res ī se natu stenius uehementer restitit multaque ut in prims siculorum in dicendo copiosus est commemora/uit. urbem relinquere Thermitanos esse honestius quam pati tolli ex urbe monumenta maiorum spo/lia hostium: beneficia clarissimi uiri inuidia societatis.Popu.Roma.atq; amicitiæ.Commoti animi sunt omnium repertus ē nemo quin mori diceret satius esse.Itaque hoc adhuc oppidum Verres inuenit ipse so/

lum ĩ orbe terrarũ:unde nihil eiusmodi rerũ de publico per uĩ nihil occulte nihil ĩperio nihil præcio posset auferre.Verũtamen hasce eius cupiditates expouam alio loco nunc ad sthenium reuertar.Itaq; iste uehemẽter Sthenio ĩcensus hospitium ei renunciat:domo eius emigrat.atq; adeo exit:nam iam ante migrarat: Eũ ãt inimicissimi sthenii domum suã statĩ iuitãt ut aĩum eius ĩ sthenium ĩflãmarent ementiendo aliqd & criminando hi ãt erãt inimici Aghatinus homo nobilis & Dorotheus q habebat ĩ matrimonio Callidamam Agathini eius filiam de qua iste audierat.Itaq; ad generum Agathini migrare maluit:Vna nox ĩtercesserat cum iste Dorotheĩ sic diligebat ut diceres oĩa ĩter eos esse cõmunia.Agathinum ita obseruabat ut aliquem affinẽ atq; propiquum.Contemnere ẽt signum illud himeræ iam uidebatur q; eum multo magis & linimenta hospitæ delectabant.Itaq; hortari hoĩes cœpit:ut aliquid Sthemio periculi crearent crimĩsq; confingerent dicebant se illi nihil habere q; dicerent:tum iste his aperte ostendit & confirmauit eos ĩ sthenium:qc qd uellent dicerent simul ad se atq; detulissent probaturos.Itaq; illi non procrastinant.Stheniũ statĩ educũt aiunt ab eo litteras esse corruptas.Sthenius postulat:ut secũ sui ciues agant de litteris publicis corruptis eiusq; rei legibus Thermitanorũ actio sit cum.S.Po.q;.Romanus.Thermitanis.q; semp ĩ amicitia fideq; mansissent:urbes agros legesq; suas reddidisset.P.q;.Rutilius postea leges ita siculis ex.S.C.de decem Legatorũ sententia dedisset:ut ciues ĩter se legibus suis agerent.Idẽ hoc habuerit Verres ipse ĩ edicto ut de his oĩbus causis se ad leges reiicerat.Iste hõ omnium æquissimus atq; a cupiditate oĩum remotissimus se cognituũ eẽ cõfirmat.paratũ ad causam dicẽdã uenire hora octaua iubet.Non erat obscuũ qd homo ĩprobus atq; nefariusco gitaret.neq;.n.ipse satis occultarat nec mulier tacere poterat.Intellectũ ẽ id istũ agere:ut cum Sthenium sine ne ullo argumento ac sine teste damnasset.tum homo nefarius de homĩe nobili atq; id ætatis suoq; hospite uirgis suppliciũ crudelissime sumeret.Quod cũ esset perspicuum de amicorũ hospitumq; suorũ snia thermis Sthenius Romã profugit hyemi fluctibusq; sese committere maluit:q; nõ istã cõem siculorũ tempestatẽ calamitatẽq; uitare.Iste hõ certus & diligens ad horã octauã p̃sto est stheniũ citari iubet:quẽ postea q; uidet non adesse dolore ardore atq; iracũdia fuere cœpit.Venerios ĩ domũ Sthenii mittere:equites circũ agros eius uillasq; dimittere.Itaq; cũ expectat qdnã sibi certi afferat.ante horã tertiã noctis de foro nõ discessit.Postridie mane descẽdit Agathinũ ad sese uocat:iubet eum de litteris publicis ĩ absentem Stheniũ dicere.Erat eiusmodi cã:ut ille ne sine aduersario qdẽ apud inimicũ Iudicem reperire posset:qd diceret.Itaq; tantũ uerbo posuit Sacerdote Prætore stheniũ litteras publicas corrupisse.Vix ille hoc dixerat cũ iste pronũciat sthenium litteras publicas corrupisse uideri.& hæc p̃terea addidit hõ Venerius nouo mõ nullo exẽplo ob eam rẽ sesterti. qngenties Veneri Erycinæ de Sthenii bonis exactuũ bonaq; eius statĩ cœpit uendere.Et uendidisset si tãtũ moræ fuisset:quomius ei pecunia illa numerareť.Ea postea q; numerata ẽ contentus hac iniqtate nõ fuit palã de sella ac tribunali pronũciat:si qs absentẽ sthenii rei capitalis reũ facere uellet:sese eius nomẽ recepturũ & simul ut ad eam accederet nomẽq; deferret.Agathinũ nouũ affinẽ atq; hospitẽ cœpit hortari:Tum ille clare oĩbus audientibus sese id nõ eẽ factuũ neq; se usq; eo sthenio eẽ inimicũ:ut eũ rei capitalis affinẽ eẽ diceret.hic tũ repente Pacilius qdã hõ egẽs & leuis accedit:ait si liceret:nomẽ absentis deferre se uelle.Iste uero & licere & fieri solere & se receptuũ.Itaq; defertur.Edicit statĩ ut calen.decemb.Adsit Sthenius Syracusis hic q; Romã uenisset satisq; fœliciter anni iam aduerso tẽpore nauigasset oĩaq; habuisset æqora & placabiliora q; aĩum Pr.atq; hospitis rẽ ad amicos suos detulit quæ ut erant acerba atq; ĩdigna sic uidebanť oĩbus.Itaq; ĩ senatu cõtinuo.C.Lentulus & Lucullus Cõs.faciũt mẽtionẽ placere statuĩ:si patribus.C.uidereť ne absentes homĩes ĩ prouĩciis rei fierẽt rerũ capitaliũ.Cãm Sthenii totam & istius crudelitatẽ & iniqtatẽ docẽt aderat ĩ senatu Vrres:pater istius & flẽs unũquẽq; senatorẽ rogabat:ut filio suo parcerẽt.neq; tamẽ multũ pfisciebat. Erat.n.summa uolũtas senatus.Itaq; sententiæ dicebanť:cũ Sthenius absens reus factus eẽt:de absente iudiciũ nullũ fieri placere:&si quod eẽt factũ:Id ratũ eẽ non placere.Eo die trãsigi nihil potuit:quod & id tẽporis erat:& ille pater istius ĩuenerat hoĩes:q dicẽdo tp̃s cõsumerẽt.Postea senex Verres defensores: atq; hospites sthenii eõuenit:rogãt eos atq; orat ne oppugnẽt filium suũ:de sthenio ne laborẽt confirmat his curatuũ se esse ne qd ei per filium suũ noceret.se hoĩes certos eius rei causa ĩ siciliã & terra & mari misuũ.& erat spatiũ dierũ forte trigĩta ante cal.decẽb.quo iste ut syracusis sthenius adesset:dixerat.Cõmouẽť amici sthenii:sperãt fore:ut patris lr̃is nũciisq; filius ab icepto furore reuocet.In senatu postea causa nõ agiť:ueniunt ad istum domestici nũcii litterasq; a patre afferũt ante cal.decẽb.cum isti ẽt tum de sthenio ĩtegra tota res esset:eodemq; ei tẽpore de eadẽ re lr̃æ cõplures a multis eius amicis ac necessariis afferunť.hic iste qui p̃ræ cupiditate:neq; officii sui neq; piculi neq; pietatis neq; humanitatis rõnem habuisset:unq̃:neq; ĩ eo quod monebať auctoritatẽ patris:nec ĩ eo quod rogabať:uolũtatem aĩponendã putauit libidini suæ.Mane cal.decẽb. Vt edixerat sthenium citari iubet:si abs te istam rem parẽs tuus alicuius amici rogatu benignitate aut ambitiõe ĩductus petisset:grauissima tamẽ apud te uolũtas patris esse debuisset.Cũ uero abs te tui capitis causa peteret:hominesq; certos domo misisset:hiq; eo tempore ad te uenissent cũ tibi ĩ integro tota res esset:ne tum quidem te potuit si nõ pietatis ac salutis tuæ rõ ad officium sanitatemq; reducereť.Citat reum:nõ respondet citat accusatorem.Attendite quæso:uide te quantopere istius amentiæ fortuna ip̃a aduersata sit: & simul uidete quis sthenii cãm casus adiuuerit.Citatus accusator.M.Pacilius nescio quo casu nõ respõdit.nõ affuit:si p̃sens sthenius reus eẽt fcũs:si mãifecto ĩ maleficio teneret tũ cũ accusator ĩ adeẽt stheniũ cõdẽnari nõ oporteret.Et.n.si posset reus absẽte acusatoť dãnari nõ ego a Vibõe Veliã:puulo nauigio ĩter fugitiuorũ ac p̃donũ ac tua tela uenisse:quo tpe oĩs illa mea festiatio fuit cũ piculo capitis ob eã cã; ne tu exreo exiereť si ego ĩ affuisse ad diẽ q; igiť erat ĩtuo iudicio optatissimũ me cũ citato eẽs ĩ adesse cur sthẽio putasti nõ p̃dsse oporteť cũ ei; accusator nõ affuisset.Itaq; fecit ut exitus pricipio similius repireť quẽ apsentẽ reũ fecerat eũ absente accusatoť cõdẽnat,

Nunciabat illi primis illis temporibus id quod pater quoq; ad eum pluribus uerbis scripserat agitatam rem esse i senatu et non i concione Pl.de causa sthenii.M.Palicanum esse quæstum:postremo me ipsum apd col/ legium hoc.Tr.pl.cu eorq; oium edicto no liceret queq; Romæ esse:qui rei capitalis codemnatus esset egisse causam Sthenii cu rem ita exposuissem:quemadmodu nunc apud uos docuissemq; hanc damnationé duci no oportere.Tr.Pl.hoc statuisse:idq; oium snia pronuciatu esse no uideri stenium impediri edicto quo minus ei liceret Romæ esse.Cum hæc ad istum afferent.Timuit aliquando & comotus é uertit stilum in tabulis suis:quo facto causam oem euertit suam.Nihil.n.sibi reliqui fecit quod defendi aliqua ratione posset:Na si ita defenderet:Recipi nomen absentis licet hæc fieri in prouincia nulla lex uetat mala & improba defensione uerq; aliqua tamé uti uideret.Postremo illo desperatissimo pfugio uti posset:se iprudentem fecisse.Existimasse id licere.Quaq; hæc pditissima defensio est tamen aliquid dici uideret:tollit ex tabulis id quod erat & fecit corá delatu eé.Hic uidete in quot laqueos se induxerit:quorq; ex nullo se unq; expediret.Primu ipse in Sicilia sæpe & palam de loco superiore dixerat:& in sermone multis demonstrarat licere nomé recipere absentis se exéplo fecisse id quod fecisset hæc eum dictitasse priore actione & Sex.Pompeius Theodorus dixit:de cuius uirtute antea comemoraui:& Gn.Pompeius Theodorus homo Gn. Pompeii clarissimi uiri iudicio pluribus maximisq; rebus probatissimus:& oium æstimatione ornatissimus:& posides Matrosolentinus homo summa nobilitate existimatione uirtute:& hac actione:quam uoletis multi dicent:& q ex isto ipo audierint uiri primarii uestri ordinis & alii qui iterfuerant.cum absentis nomen reciperet.Deide Romæ cum res eét acta i senatu oés istius amici i his ét pater eius hoc defendebat licere fieri:sæpe eé factum istum qd fecisset alioq; exemplo istitutoq; fecisse.Dicit præterea testimonium tota Sicilia quæ i communibus postulatis ciuitatum omnium cosulibus edidit rogare atq; orare.P.C.Vt statuerent ne absentium nomia reciperét Qua de re.Gn.Lentulum patronum siciliæ clarissimu adolescentem dicere audistis.Siculos cum se causam quæ pro his sibi i senatu agenda esset docerent de Sthenii calamitate quæstos eé propterq; hac iiuriam quæ sthenio facta eét eos statuisse:ut quod dico postularet.Quæ cum ita essent:tanta ne amentia præditus atque audacia fuisti:ut i re tam clara tam testata tam abs te ipso peruagata tabulas publicas corrumpere auderes? At quemadmodu corrupisti? None ita ut oibus nobis tacétibus ipsæ tuæ tabulæ condemnare te possent:q/ so codicé circufer:ostende.Videtis ne totu hoc nomen coram ubi facit delatu eé i litura? Quid fuit istic antea scriptum quid mundum ista litura correxit? Quid a nobis Iudices expectatis:argumenta huius criminis nihil dicimus.Tabulæ sunt i medio quæ se corruptas atq; iterlitas eé clamant.Ex istis ét tu rebus effugere te posse confidis? Cum te nos non opinione dubia:sed tuis uestigiis persequamur:quæ tu i tabulis publicis expressa ac recentia reliquisti.Is mihi etiam Sthenium litteras publicas corrupisse causa icognita iudicauit:q defendere no potuerit:se ex ipsius sthenii nomine litteras publicas no corrupisse.Videte porro aliá demétiá. uidete ut du expedire sese uult iuadat cognitoré.Ascribit Sthenio qué cognatu aliqué aut propíquu aliqué: no Thermitanu aliquem honestu hoiem ac nobilé ne id qdé at Siculum i quo aliqs splédor dignitasq; esset: minime.Quid igit? Ciué Ro.cui hoc pbari pot? cu & é sthenius ciuitatis suæ nobilissimus amplissima cognatione plurimis amicitiis cu pterea tota sicilia multu auctoritate & gra posset:inuenire neminé Siculu potui:q pro se cognitor fieret? Hoc probabitis an ipsæ Ciué Ro.maluit? cædo cui siculo cu is reus fieret:Ci.Roma.cognitor factus unq; sit:oium Pr.litteras q ante fuerut pfer:explica.si unu inueneris:ego hoc tibi quéadmodu i tabulis scriptu habes.ita gestu eé cocedá.At credo sthenius hoc sibi amplum eé putauit eligere ex ciuiu Ro.numero ex amicorq; atq; hospitu suorq; copia:qué cognitoré daret:qué delegit:qs i tabulis scriptus é. C.Claudius.C.filius Plautia No quæro qs hic sit.Claudius q splédidus q honestus q idoneus pp cuius auctoritaté & dignitaté sthenins ab oium Siculorq; consuetudie discederet.& Ciuem Ro.cognitorem daret.Nihil horu quæro.fortasse enim sthenius no splendorem hominis:sed familiaritaté secutus é.Quid si oium mortalium sthenio nemo inimicitior qui hic.C.Claudius cu semper tum i his ipsis rebus & teporibus fuit:si de litteris corruptis cotra uenit:si cotra omni ratione pugnauit utrq; potius pro Sthenio inimicu cognitoré esse factum ante sthenii piculu inimici eius noie abusum credemus eé? Ac ne qs forte dubitet cuiusmodi totum sit negociu.Tametsi iam dudum oibus istius iprobitatem perspicuam eé confido.Tamé paululum ét attendite.Videtis illum sub crispo capillo nigrq; qui eo uultu nos ituetur ut sibi ipsi peracutus esse uideatur:q tabulas tenet:q scribit:q monet:q proximus est:is é.C.Clodius q i sicilia sequester istius iterpres:confector negociorq; prope Collega Timarchidi numerabat:nunc optineat eum locu:ut uix Apronio illi de familiaritate cocedere uideat:& q se non Timarchidis:sed ipsius Verris collegam & sociu eé dicebat.Dubitare etiam si potestis:qn eum iste potissimu ex oi numero delegerit:cui iprobam psoná iponeret quem & huic inimicissimu: & sibi amicu eé arbitraretur.Hic uos dubitatis Iud.Tanta istius audacia:tanta crudelitate: tantam iniuriam uidicare? Dubitatis exemplu Iudicu illorq; seq:qui dánato Gn.Dolobella dánationé Philodomi Opuncii resciderut? q is no absens reus factus esset:q res iniqssima & acerbissima é:sed tum ei legatio Romá a suis ciuibus eét data:quod illi Iudices multo i leuiore causa statuerunt æqtatem secuti:uos id statuere i grauissima causa pserti aliorum auctoritate iam confirmatum dubitauitis? At qué hoiem.C.Verres tanta tam isigni iiuria affecisti:cuius absentis nomé recepisti qué absenté no mo sine crimíe & sine teste:uerutia sine accusatore damnasti.qué hoiem dii imortales no dicá amicu tuu:quod apud hoies carissimu é:No hospitem qd sanctissimus est:nihil.n.mius libenter de Sthenio comemoro:nihil aliud i eo quod repræhendi possit inuenio: nisi quod homo frugalissimus atq; itegerrimus te homiem plenum stupri flagitii sceleris domu suá iuitauit nisi qd q.C.Marii &.Gn.Popeii.C.Marcelli.L.Sisennæ tui defensoris cæterorq; fortissimorq; hospes fuisset:atq; eét ad eu núerq; clarissimorq; hoium tuu quoq; nomé ascripserit.qre d hospitio uiolato & d isto tuo ne

fario ſcelere nihil quæror hoc dico nõ his qui ſteniũ norunt:hoc ẽ nemini eorũ q̃ ĩ Sicilia fuerunt.Nemo enĩ gnorat:quo hic ĩ ciuitate ſua ſplẽdore:q̃ apud omnes ſiculos dignitate atq̃ exiſtimatione ſit:ſed ut illi quoq̃ q in ea prouincia nõ fuerunt intelligere poſſint in quo hoĩe tu ſtatueris exemplum huiuſmodi:quod tum propter iniqtatẽ rei tũ ẽt pp hominis dignitatem acerbum oĩbus atq̃ ĩtollerandum uideret.Eſt ne ſtenius is qui omnes honores domi ſuæ facillime cum adeptus eſſet:ac ampliſſime magnificẽtiſſime geſſit:q oppidum nõ maximũ maximis ex pecunia ſua locis cõĩbus monumentiſq̃ decorauit:cuius de meritis in Rẽpu. Thermitanorũ ſiculoſq̃ uniuerſos:fuit Aenea tabula fixa.Thermis ĩ curia in qua publice erat de huius beneficiis ſcriptum & ĩciſum:q̃ tabula tum ĩperio tuo reuulſa nunc a me tamen,reportata eſt:ut oẽs huius honores ĩter ſuos & amplitudinem poſſent recognoſcere.Eſt ne hic qui apd̃ Gn.Põpeium clariſſimum uirũ cum accuſatus eẽt:q̃ pp.C.Marii familiaritatem & hoſpitium cõtra Rẽp.ſenſiſſe eum inimici & accuſatores eius dicerent:q̃ cum magis inuidioſo crimĩe q̃ uero accerſeret:ita a Gn.Põpeio abſolutus eſt:ut ĩ eo ipſo iudicio. Põpeius hunc hoſpitio ſuo digniſſimum ſtatuerit:Ita porro laudatus defenſuſq̃ ab oĩbus ſiculis ut idẽ Põpeius nõ ab hoĩe ſolum ſed ẽt a ꝓuincia tota ſe huius abſolutiõe inire gratiã arbitraret.Poſtremo eſt ne hic q & aĩum ĩ Reip.habuit eiuſmodi & tãtum auctoritate apd̃ ſuos ciues potuit:ut ꝓficeret ĩ ſicilia ſolus te Pr. qd̃ nõ mõ ſiculus nemo:ſed ne Sicilia qdem tota potuiſſet:ut ex oppido Thermis nullũ ſignum nullum ornamẽtum nihil ex ſacro nihil ex publico attingeres:cum p̃ſertĩ eſſent multa p̃clara & tu oĩa cõcupiſſes.Denq̃ nunc uide qd ĩter te cuius noĩe apd̃ ſiculos dies feſti agitãt̃ & p̃clara illa celebrãtur:cui ſtatuæ Romæ ſtant inauratæ a cõĩ Sicilia quẽadmodũ ĩſcriptum uidemus datæ.Vide ĩq̃ qd ĩter te & hunc ſiculũ q abs te ẽ patrono Siciliæ cõdẽnatus:ĩterſit.Hũc ciuitates ex ſicilia p multæ teſtimonio ſuo legationibuſq̃ ad eam rem miſſis publicæ laudãt te oĩum ſiculorũ patronũ una Mamertia ciuitas ſocia furtorũ ac flagitiorũ tuorũ publice laudat:Ita tamẽ nouo more ut legati lædãt:legatio laudet.Cæteræ qdẽ ciuitates publice litteris legatiõibus teſtimoniis accuſant:q̃runt:arguũt:ſi tu abſolutus ſis:funditus euerſas eſſe arbitrãt̃.Hoc de hoĩe ac de huius bonis ẽt ĩ Frãco mõte monumentum tuorũ flagitiorũ crudelitatiſq̃ poſuiſti.ĩ quo Sthenii Themitani nomen aſcriptũ ẽ.Vidi argenteũ cupidinẽ cum lãpade qd tãdẽ habuit argumenti aut rõnis res q̃obrem ĩ eo potiſſimũ ſthenianũ p̃mium poneret.Vtrũ hoc ſignum cupiditatis tuæ anitropheũ neceſſitudinis atq̃ hoſpitii :an amoris ĩdicium eẽ uoluiſti:faciunt hoĩes:quos ĩ ſumma neqtia nõ ſolum libido & uoluptas uerũetiã ipſius neqtiæ fama delectat:ut multis ĩ locis notas ac ueſtigia ſceleru ſuorũ relinq uelit.Ardebat amore illius hoſpitæ pp q̃ hoſpitii iura uiolarat.Hoc nõ ſolũ ſciri tum uerũetiã cõmemorari ſemp uolebat.Itaq̃ ex illa ipſa re q̃ accuſante Agathino geſſerat.Veneri potiſſimum deberi p̃mium ſtatuit:q̃ illã totã accuſationem iudiciũq̃ cõflarat.Putarem te gratum ĩ deos:ſi hoc donum Veneri nõ de Sthenii bonis dediſſes:ſed de tuis qd̃ facere debuiſti p̃ſertĩ cum tibi illo ipſo anno a Chelidõe ueniſſet hæreditas.Hic ego ſi hanc cãm nõ oĩum ſiculorũ rogatu recepiſſem:ſi hoc a me muneris nõ uniuerſa prouĩcia popoſciſſet:ſi nõ aĩus atq̃ amor ĩ Rep.exiſtimatioq̃ offenſa ueſtri ordinis ac iudiciorũ nõ hoc facere coegiſſet:atq̃ hæc una cauſa fuiſſet:q̃ amicum atq̃ hoſpitẽ meum Stheniũ quẽ ego ĩ q̃ſtura mea ſingulariter dilexiſſem: d̃ quo optime exiſtimaſſem:quem ĩ ꝓuĩcia exiſtimationis meæ ſtudioſiſſimũ cupidiſſimumq̃ cognoſcerẽ:tã crudeliter ſcelerate nefarieq̃ tractaſſes tamẽ digna cauſa cur inimicitias hominis ĩprobiſſimi ſuſciperem:ut hoſpitis ſalutẽ fortunaſq̃ defenderem. Fecerunt hoc multi apd̃ maiores noſtros.fecit ẽt nup homo clariſſimus Gn.Domitius qui.M.Syllanũ conſularem uirũ accuſauit propter Acritomari tranſalpini hpſpitis iniurias.Putarem me idoneum q exemplũ ſequerer humanitatis atq̃ officii proponerẽq̃ ſpem meis hoſpitibus ac neceſſariis quo tutiorem uitã ſeſe meo p̃ſidio uicturos eẽ arbitraret.Cũ uero ĩ cõĩbus iniuriis totius prouinciæ.Sthenii quoq̃ cauſa contineat̃ multiq̃ uno tẽpore a me hoſpites atq̃ amici publice priuatiq̃ defendant:profecto uereri nõ debeo:neq̃s hoc qd̃ facio:nõ exiſtimet ſummi officii ratiõe ĩpulſum coactumq̃ ſuſcepiſſe.Atq̃ ut aliquando de rebus ab iſto cognitis iudicatiſq̃ & de iudiciis datis dicere deſiſtamus:& quoniã facta iſtius ĩ his generibus ĩfinita ſunt: Nos modũ aliquẽ & finẽ rationi noſtræ criminibuſq̃ faciamus:pauca ex aliis generibus ſumemus. Audiſtis obius dicundum.Qu.Varium dicere procuratores ſuos iſti centum & triginta milia nũmum dediſſe. Meminiſtis.Qu.Varii teſtimoniũ:remq̃ hãc totã.C.ſacerdotis hoĩs ornatiſſimi teſtimonio cõprobari.Scitis Gn. Sertium.M.Modiũ Eqtes.R.ſexcẽtos p̃terea ciues Ro.multoſq̃ ſiculos dixiſſe iſti pecuniam ob ius dicẽdũ dediſſe:de quo crimine qd ego diſputem cũ totũ poſitum ſit ĩ teſtibus:qd porro argumenter:qua de re dubitare nemo poſſit:An hoc dubitauit qſquã oĩum qn is uenalẽ:ĩ Sicilia iuriſdictionẽ habuerit:q Romæ totũ edictum atq̃ oĩa decreta uendiderit:& qui ab ſiculis ob decreta ĩterponenda pecuniã acceperit:q.M.Octauium Liguré ob ius dicundum popoſcerit.Quid.n.ẽ p̃tereа genus pecuniæ cogendæ præteriit qd̃ non ab oĩbus aliis præteritum excogitauit.Et quæ res apd̃ ciuitates ſiculas expetitur:in qua aut honos aliq̃s ſit aut poteſtas aut procuratio quin eam rem tu ad tuũ quæſtum nundinationemq̃ hominum traduxeris:dicta ſunt priore actione & priuate & publice teſtimonia legati Cẽturipini Haleſini Cathinenſes Panormitani:q̃ dixerunt multaq̃ p̃terea ciuitatum.Iam uero priuatĩ plurimi:quorũ ex teſtimoniis cognoſcere potuiſtis:Tota ſicilia p triennium neminem ulla in ciuitate ſenatorem factum eſſe gratis:neminem ut leges eorũ ſunt ſuffragiis neminem niſi iſtius imperio aut litteris atq̃ in his oĩbus ſenatoribus cooptandis nõ modo ſuffragia: nulla fuiſſet:ed ne genera qdẽ ſpectata eſſe ex qbus ĩ eum ordinem cooptari liceret:neq̃ cenſus neq̃ ætates: neq̃ cætera Siculorum iura ualuiſſe.Quicunq̃ ſenator uoluerat fieri q̃uis puer q̃uis ĩdignus q̃uis ex eo loco ex quo nõ liceret ſuis præcio apud illum fieret idoneus ut uinceret factum eſſe ſemp.Non mõ ſiculorũ nihil in hac reualuiſſe leges:ſed ne ab ſenatu quidem Popu.q̃.Ro.datas.Quas.n.leges ſociis amicisq̃ dat his:qui habet imperium a Po.Roma. auctoritatem legum dandarum a ſenatu hæ debent a Po.Roma.& ſenatus

existimari.Halesini pro multis magisq; magnorũq; suorũ ĩ Rẽp.nr̃am meritis atq; beneficiis suo iure nuper
L.Licinio Qu. Mutio.Cõs.cum haberent iter se controuersias deSenatu optando leges ab Senatu nostro pe
tiuerunt.Decreuit Senatus honorifico.S.C.ut his.C.Claudius Apii filius pulcher prætor de Senatu cooptã/
do leges conscriberet.C.Claudius adhibitis omnibus Marcellis:qui tum erant de eorũ sententia leges Heleſi
nis dedit in quibus multa sanxit de ætate hominum ne qs minor triginta annis natu de q̃stu:quẽ q̃ fecisset:
ne legeret.de cẽsu.de cæteris rebus quæ oĩa ante istum Prætorẽ & nostrorũ Magistratuũ auctoritate & Ha/
lesinorũ summa uoluntate ualuerunt:ab isto & præco q uoluit:istũ ordinẽ præcio mercatus est & pueri an/
norũ senũ septenũq; denũ.Senatoriũ nomẽ nũdinati sunt & qd' halesini antiquissimi & fidelissimi socii atq;
amici Romæ ĩpetrarant ut apud se ne suffragiis qdẽ fieri liceret:id præcio ut fieri posset affecit? Agrigentini
de Senatu cooptando Scipionis leges antiquas habẽt:ĩ quibus & eadẽ illa sancta sunt: & hoc amplius. Cum
Agrigentinorũ duo genera sunt:unũ ueterũ alterũ colonorũ quos.T.Manlius prætor ex.S.C.de oppidis Sicu
lorũ deduxit.Agrigẽti cautũ ẽ ĩ Scipionis legibus ne plures eẽnt ex colonorũ numero q̃ ex uetere Agrigẽtino
rũ.Iste q oĩa iura præcio exequasset:oĩumq; rerũ delectũ atq; discrimen pecunia sustulisset. nõ modo illa: q̃
erant ætatis ordinis quæstusq; permiscuit.sed ẽt in his duobus generibus ciuiũ nouorũ ueterũq; turbauit.nã
cũ eẽt ex uetere numero qdã Senator de mortuus & cũ ex utroq; genere par numerus reliquiis eẽt ueterem
cooptari necesse erat legibus ut is amplius numerus eẽt quæ eũ ita se res haberet tamẽ ad istũ uenerunt em/
ptum locũ illũ Senatoriũ nõ solũ ueteres:sed ẽt noui:fit ut præcio nouus uincat litterasq; a Prætore afferat.
Agrigentini ad istũ legatos mittũt qui eum leges doceant.consuetudinẽq; oĩum annorũ demonstrẽt:ut iste
ĩtelligeret ei se illum locum uẽdidisse cui ne comertiũ qdẽ eẽ oporteret. Quo oĩe iste cũ p̃cium iam accepis/
set ne tãtulum qdẽ cõmotus ẽ:idẽ fecit heracleæ:Nã eo quoq; colonos.P.Rupilius deduxit legesq; similes de
optãdo.Senatu ac de numero ueterũ ac nouorũ dedit:ibi nõ solum iste ut apud cæteros pecuniã accepit sed ẽt
genera ueterũ ac nouorũ numerũq; pmiscuit.Nolite expectare dum oẽs ob eã oratione mea ciuitates: Hoc
uno cõplector crimĩe oĩa.Neminẽ isto prætore Senatorẽ fieri potuisse:nisi q ĩsti pecuniam dedisset: hoc idẽ
transfero ĩ Magistratus Curationes sacerdotia:qbus ĩ rebus nõ solum hoĩum iura:sed ẽt deorũ religiones ĩ/
mortaliũ oẽs repudiauit.Siracusis lex ẽ de religione quæ in annos singulos louis sacerdotẽ sortito capi iube
at.qd' apud illos amplissimũ sacerdotiũ putat:cũ suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt:res reuocat:
ad sortẽ pfecerat iste ĩperio:ut pro suffragio Theonastus familiaris suus ĩ tribus illis renũciaret in sorte cui ĩ/
perare non poterat expectabãt hoĩes qdnã acturus eẽt hõ id qd'erat facillimũ primo uetat sortiri:iubet extra
sortẽ Theonastũ renunciari negãt id Syracusani p religiones sacrorũ ullo modo fieri posse:fas deniq; negant
esse iubet ille sibi legẽ legi:recitat ĩ qua scriptum erat:ut quot essent reounciati tot in hydram sortes coniice
rẽtur cuius nomẽ exisset:ut is haberet sacerdotiũ.homo ĩgeniosus & percautus optĩe inquit.Nempe scriptũ
ita ẽ quot renũciati erunt quot ergo sunt renunciati? respõsum tres nunqd igit oportet nisi tres sortes conii/
ci unã educi? nihil coniici iubet tres:ĩ quibus oĩbus scriptũ eẽt nomẽ Theonasti.fit clamor maximus cum id
uniuersis ĩdignũ atq; nefariũ uideretur.Ita louis illud sacerdotium amplissimũ p hãc rationẽ Theonasto da/
tur.Cefaledi mẽsis est certus quo mense sacerdotẽ maximũ creari oporteat:erat eius honoris cupidus Arthe
nio qdã Climathias cognomĩe homo sane locuples & domi nobilis:sed is fieri nullo modo poterat:si Hero/
dotus qdã adesset ei locus ille atq; honos ĩ illum annum ita deberi putabat:ut ne Climathias qdẽ cõtradice/
ret.Res ad istũ deferet & istius more decidit.Toreumata sane nota ac præciosa auferũt.Herodotus Romæ
erat satis putabat se ad comitia tẽpore uẽturũ si pridie uenisset.Iste ne aut alio mense ac fas erat comitia habe
rent:aut Herodoto præsenti honos adhiberet.id qd' iste non laborabat.Climathias minime uolebat:exco/
gitat:dixi iam dudũ nõ ẽ cautior qsq̃ nec fuit.Excogitat inq̃ quẽadmodũ mẽse illo legitimo comitia haberẽ
tur nec tamẽ Herodotus adesse posset.Est cõsuetudo Siculorũ cæterorũq; Græcorũ q; suos dies mensesq; cõ
gruere uolũt cũ solis lunæq; ratione nõnũq̃ si qd discrepet:eximant unũ aliquẽ diẽ:aut summũ biduũ ex mẽ
se:quos illi Exheresmios dies noĩant:Item nõnũq̃ uno die lõgioré mẽsem faciũt aut biduo:quæ iste cum co
gnouisset:nouus astrologus q nõ tã cæli rationẽ q̃ cælati argenti duceret.eximi iubet nõ diẽ ex mẽse. sed ex
anno unũ dimidiatumq; mẽsem:hoc mõ ut quo die uerbi cã eẽ oporteret Idus Ianua.Eo die cal.martias p/
scriberet itaq; fit oĩbus recusantibus & iplorãtibus.Dies is erat legitimus comitiis habẽdis eo mõ sacerdos:
Climathias renũciatus ẽ.Herodotus cũ Roma reuertit dies:ut ipse putabat qndecĩ ante comitia offendit eũ
mẽsem comitialẽ comitis iam ab his triginta diebus habitis.Tunc Cephaleditani decreuerũt intercalarium
XI.V.dies lõgũ:ut reliq mẽses ĩ suam rationẽ reuertẽrẽt.Hoc si Romæ fieri posset certe aliq̃ ratiõe expugnas
set iste:ut dies.xiv.inter binos ludos tollerent:p quos solos iudiciũ fieri posset.Iam uero Censores quemad/
modũ ĩ Sicilia isto Prætore creati sunt:opẽ p̃cium ẽ cognscere.Ille.n.ẽ magistatus apud Siculos cui diligentis
sime mãdatur a populo pp hanc cãm q; oẽs Siculi excensu quotanis tributa conferũtur in cẽsu habẽdo ptãs
omnis æstimationis habendæ summæq; faciũdæ cẽsori p̃mittit.Itaq; ei populus cui maximã fidẽ suarũ rerũ
habeat:maxima cura deligit & propter magnitudinẽ potestatis hic mr̃atus a.P.sũma ambitiõe contẽdit.In
ea re nihil obscure facere uoluit.nõ ĩ sortitõe fallere neq; dies đ fastis eximeret.nihil sane uafre nec malicĩose fa
cere conatus ẽ.sed ut studia cupiditatesq; honorũ atq; ambitiões ex oĩbus ciuitatibus tolleret:quæ res euertẽ
de Reip.cã solẽt eẽ.Ostẽdit sese in oĩbus ciuitatibus Censores eẽ factũ.Tanto mercatu Prætoris indicto cõ
currit undiq; ad istũ Syracusis.flagrabat domus tota Prætoria studio hoĩum & cupiditate:nec mirũ: oĩbus
comitiis tot ciuitatũ unã in domũ reuocatis tantaq; ambitiõe,puinciæ totius in uno cubiculo iclusa.exqsitis
palã p̃ciis & licitatiõibus factis describebat Cẽsores binos ĩ singulas ciuitates Timarchides id suo labore suis/
q; accessiõibus huius negocii atq; operis molestiã consequebat:ut ad istũ sine ulla sollicitudĩe sũma pecunia

referetur iam hic Timarchides quantam pecuniam fecerit plane adhuc cognoscere nõ potuisti.uerũtũ prio/
re actione quam uarie q̃ improbe prædatus eẽt multoꝝ ex testimoniis cognouistis:Sed ne miremini qua ra
tione hic tantũ apud istum libertus potuerit:exponam uobis breuiter:quid hoĩs sit:ut & istius nequitiã q il/
lũ secũ habuit eo præsertim numero ac loco & calamitatẽ puinciæ cognoscatis in mulieꝝ corruptelis & in
omni eiusmodi Iuria atq; neqtia mirandũ ĩ modũ reperiebã hunc Timarchidẽ ad istius flagitiosas libidines
singularemq; neqtiã natũ atq; aptum fuisse.inuestigare:adire:appellare:corrumpere:qd uis facere in eiusmo
di rebus q̃uis calide q̃uis audacter q̃uis impudẽter eundẽ mira q̃dã excogitare genera furãdi Nã ipsum Verrẽ
tantũ semp auaricia hiante atq; imminẽti fuisse ingenio & cogitatiõe nulla ut qcqd sua sponte faciebat. Item
uos Romæ cognouistis eripere potius q̃ fallere uideret.Hoc uero eius erat ars & malicia mirãda:q; accutissi
me tota prouincia qd cuiq; eẽt necesse indagare & odorari solebat:oĩum inimicos diligenter cognoscere:col
loq.attentare.ex utraq; pte cãs uolũtates pspicere:facultates & copias qbus opus eẽt:metũ afferre:qbus expe/
diret:spẽ oĩdere.Accusatorum & quadruplatoꝝ qcqd:erat habebat in ptãte.qd cuiq; negocii conflari uole/
bat:nullo labore faciebat.istius omnia decreta imperia litteras peritissima & calidissime uenditabat.ac nõ so
lu erat administer istius:cupiditatũ.uerũẽt ipe sui meminerat.Aeque nõ solum nũmos si qui isti exciderant;
tollere solebat ex qbus pecuniã maximã fecit.Sed ẽt uoluptatum flagitiorũq; istius ipse reliquias colligebat.
Itaq; in Sicilia non Anthemonẽ:q nullũ oppidũ cœpit:sed Timarchidem fugitiuum oĩbus oppidis per triẽ/
niũ scitote regnasse In Timarchidis ptãte socioꝝ.P.R.antiquissimorum atq; amicissimorum liberos matres
familias bona fortunasq; omnes fuisse.Is igitur ut dico:Timarchides in omnes ciuitate accepto p̃cio Cẽsores
dimisit:comitia isto Pr.Censoꝝ ne simulandi qdem causa fuerunt iam hoc impudentissime palam licebat
enim uidelicet legibus singulis Censoribus denarii trecenti ad statuam Prætoris imperati sunt. Censores .c.
xxx.facti sunt.pecuniam illam ob censuram contra leges clam dederunt.Hæc denaria.xxxviiii.milia palam
saluis legibus cõtulerunt.In statuã:primũ quo tantã pecuniam deinde q̃obrem Censores ad statuam tibi cõ
ferebãt.Ordo aliqs censorum ẽ collegium genus aliquod hominum.Nam aut publice ciuitates istos hono/
res habẽt:aut si generati homines ut aratores ut mercatores ut nauicularii.Censores quidẽ q magis q̃ ædiles
ob beneficiũ ergo hoc fatebere abs te hæc petita ẽ nam empta nõ audebis dicere.Te eos Magistratus homi/
nibus beneficii non Reipu.causa pmisisse.Hoc autem tute fatebere:quisq̃ dubitabit:quin tu istã apud popu/
los Prouinciæ istius inuidiã atque offensionem non ambitionis neque beneficiorum collocandorum sed pe
cuniæ conciliandæ cã susceperis? Itaq; Censores fecerunt idem:quod in nr̃a Rep.solent ii :q per largitionem
Magistratus adepti sunt dederũt operã:ut ita potestatem gereret:ut illam Lacuriam rei familiaris explerent,
sic census habitus ẽ te Pr.ut eo censu nullius ciuitatis Resp.posset administrari:nã locupletissimi cuiusq; cẽsus
extenuerãt.tenuissimi auxerant.Itaq; in tributis imperandis tãtũ oneris plebi imponebat : ut ẽt si homines
ere fuit quoddã modica ãplitudĩe ac singulari ope cum facibus pantiquũ oĩum illoꝝ q̃ sunt ĩ eo fano multo ant qſſimũ.Id ſuſtulit.attamẽ eo cõtentus nõ fuit.Ante ædem Cereris ĩ apto & ꝓpatulo loco ſigna duo ſunt Cereris unum a tergo Triptolemi & pulcherrima & pãpla his pulchritudo piculo ãplitudo ſaluti fuit qd̃ eoꝝ demolitie atq; aſportatio pdifficilis uidebat.Inſiſtebat ĩ manu Cereris dextra ſimulachꝝ pulcharrime factũ uictoriæ.hoc iſte & ſigno Cereris auellendum aſportãdumq; curauit.Qui tãdem iſtius animus eſt.nunc in recognitiõe ſcelerum ſuoꝝ? cum ego ipſe in cõmemoratione eorum nõ ſolum animo commouear:uerum etiam corpore phorreſcam? Venit.n.mihi fani loci religionis illius in mentem:uerſantur ante oculos omnia Dies ille quo ego Aetnã cũ ueniſſem præſto mihi ſacerdotes Cereris cũ infulis ac uerbenis fuerunt:Cõtio cõuentuſq; ciuium in quo ego cum loqrer tãti fletus gemituſq; fiebant ut acerbiſſimus tota urbe luctus uerſari uideret.non illi decumaꝝ impia nõ bonoꝝ direptiones non iniqua iudicia nõ importuniſſimas iſtius libidines nõ uim nõ contumelias qbus operti oppreſſiq; erant:cõquerebant.Cereris numen ſacrorum uetuſtate fani religione iſtius ſceleratiſſimi atq; audaciſſimi ſupplicio expiari uolebant.oĩa ſe cætera pati ac negligere dicebãt.hic dolor erat tãtus ut Verres alter orcus ueniſſe Aetnã & nõ proſerpinam aſportaſſe ſed ipſam arripuiſſe Cererem uideret.Eteni urbs Illa non urbs uidetur.Sed fanum Cereris eẽ Habitare apud ſeſe Cererem Aetnenſes arbitrant:ut mi nõ ciues illius ciuitatis ſed oẽs ſacerdotes oẽs Accolæ atq; antiſtites Cereris eẽ uideant.Aetnæ tu ſimulachꝝ Cereris tollere audebas? Aetnæ tu de manu Cereris uictoriam diripere & deã deæ detrahere conatus es? quoꝝ nihil uiolare nihil attingere auſi ſunt in qbus erant oĩa q̃ ſceleri ꝓprio ra ſunt q̃ religioni.Tenueret.n.P.pupilio.p.Rupilio.Conſ.illum locum ſerui fugitiui barbari hoſtes.Sed neq; tã ſerui illi dĩoꝝ:q̃ tu libidinum neq; tam fugitiui illi a dominis.q̃ tu a iure & a legibus neq; tã Barbari lingua & natione illi q̃ tu natura & moribus neq; illi tam hoſtes hominibus.q̃ tu diis immortalibus.Quæ deprecatio eſt igitur ei reliqua qui ĩ dignitate ſeruos ſcelere barbaros crudelitate hoſtes uicerit? Audiſtis Theodorum & numinium & nicaſonem Legatos aetnenſes publice dicere ſeſe a ſuis ciuibus hæc habere mandata ut ad Verrem adirent:& eum ſimulachꝝ Cereris & uictoriæ repoſcerent :id ſi impetraſſent:tum ut morem ueterem aetnenſium conſeruarent publice in eum tãetſi uexaſſet Siciliam.Tamen quoniam hæc a maioribus conſtituta accepiſſent teſtimonium ne quod dicerẽt.ſin autem ea nõ reddidiſſent tum ut iudicio ad eſſent.Tum uti de eius iniuriis Iud.docerent ſed multo maxime de religiõe q̃rerent.Quas illorum quærimonias nolite per deos immortales aſpnari:nolite contemnere ac negligere Iud.aguntur iniuriæ ſociorum agitur ius legum agitur exiſtimatio ueritaſq; iudiciorum:q̃ ſunt omnia ꝓmagna.Verum illud maximum tãta religione obſtricta tota prouincia eſt.tanta ſuperſtitio ex iſtius facto mẽtes oĩum Siculoꝝ occupauit:ut q̃cunq; accidant publice uel priuati incõmoda ꝓpeã cãm ſcelere iſtius euenire uideant.Audiſtis Cẽturipinos. Agyrinenſes Catinenſes Herbitenſes Aetnenſes complures alios publice dicere quæ ſolitudo eſſe in agris q̃ uaſtitas quæ fuga aratorum q̃ deſerta q̃ inculta q̃ relicta omnia:ea tãetſi iſtius multis & uariis iniuriis accideruntTamen hæc una cã in opinione Siculoꝝ plurimũ ualet qd̃ certe uiolata oẽs cultus fructuſq; Cereris in his locis interiiſſe arbitrantur.Medemni religioni ſociorum Iudices cõſeruate uãm auctoritatem.Neq;.n. hæc externa nobis ẽ religio neq; aliena qd̃ ſi eſſet ſi ſuſcipere eã nolletis:tũ in eo qui uiolaſſet ſancire uos uelle oportteret.Nũc uero ĩ cõi omnium gentium religione inq; his ſacris quæ maiores nr̃i ab exteris nationibus adſcita atque acceſſa uoluerunt q̃ ſacra ut erant re uera ſic appellari Græca uoluerunt negligẽtes ac diſſoluti ſi cupimus eẽ.q; poſſumus? Vnius ẽt urbis oĩum pulcherrime atq; ornatiſſime Syracuſaꝝ direptionem cõmemorabo & ĩ mediũ ꝓferã.Iud.ut aliqũ totã huius generis rõem cõcludã ac definiã.Nemo ẽ uãum q̃ quẽadmodum captæ ſint a.M.marcello Syracuſæ ſæpe audierit nõ nunq̃ etiã ĩ ãnalibus legerit.Cõferte hãc pacẽ cum illo bello :huius ꝓtoris aduentũ cũ illius Impatoris uictoria.huius cohortem impurã cũ illius exercitu inuicto:huius libidines cũ illius continenti.ab illo qui cœpit cõditas:ab hoc qui cõſtitutas accepit captas dicetis Syracuſas.Nũc iam illa omitto quæ diſpſæ a me multis locis dicentur:ac dicta ſunt.Forum Syracuſanorum quod introitu marcelli a plurima cæde ſeruatum eſt ad aduentum Verris Siculorum innocentium ſanguine redũdaſſe.portum Syracuſanorum q tũ & nr̃is claſſibus & Carthaginenſium clauſus fuiſſet :cum iſto pr.Cilicum myoparoni ꝓdonibuſq; patuiſſe:mitto adhibitam uim in genuis.mr̃esfamilias uiblatas: q̃ tũ urbe capta cõmiſſa nõ ſunt:neq; odio hoſtili neq; licentia militari neq; more belli neq; iure uictoriæ.mitto inq̃ hæc oĩa:q̃ ab iſto ꝓ triẽnium pfecta ſunt.Ea quæ cõiũcta cũ illis rebus ſunt:de qbus ãtea dixi:cognoſcite Vrbẽ Syracuſas maximã eſſe Græcaꝝ urbium pulcherrimamq; oĩum ſæpe audiſtis.Eſt Iud.ita ut dicit nam & ſi tu eſt cõmunito cum ex oĩ aditu uel terra uel mari ꝓclaro ad aſpectum & portus hẽt ꝓpe ĩ ædificatione aſpectuq; urbis ĩcluſos q cum diuerſos iter ſe aditus habeãt:In exitu cõiunguntur & cõfluunt. Eoꝝ coniunctiõe pars oppidi q̃ appellat̃ iſula:mari diſiuncta anguſto ponte rurſum adiungitur & cõtinet̃.Ea tãta eſt urbs ex q̃tuor urbibus maximis cõſtare dicat̃:quaꝝ una eſt ea quã dixi inſula.q̃ duobus portubus cincta in utriuſq; portus oſtium aditumq; ꝓiecta eſt ĩ q̃ domus eſt q̃ regis hieronis fuit:q̃ ꝓtores uti ſolent.In ea ſunt ædes ſacræ cõplures:ſed duæ quæ longe cæteris antecellunt Dianæ una.& altera q̃ fuit ante iſtius aduentum ornatiſſima:Mineruæ:In hac iſula extrema eſt fons aq̃ dulcis cui nomen Arethuſa eſt ĩcredibili magnitudĩe pleniſſimus piſcium q̃ fluctu quæ totus operiret̃:niſi munitiõe ac mole lapidum a mari diſiunctus eſſet.Altera autẽ eſt urbs ſyracuſis cui nomen achradina eſt ĩ q̃ forum maximũ pulcherrimæ porticus ornatiſſimũ pritaneum ampliſſima eſt curia tẽplumq; egregium louis Olympi.Cæteræq; urbis ꝓtes.Vna lata uia perpetua multiſq; trãſuerſis diuiſæ priuatis ædificiis cõtinent̃.Terita eſt Vrbs quæ qd̃ ĩ ea parte fori unum fanum antiquum fuit Thice noĩata eſt:ĩ q̃ & Gymnaſium ampliſſimum eſt & cõplures ædes ſacræ: coliturq; ea ꝓs & habitat̃ frequentiſſime.Quarta ãt eſt ubs quæ qa poſtrema ædificata ẽ:Neapolis noĩat̃:q̃ ad ſummã Thea

trum est maximum pterea duo tępla sunt egregia Cereris unum alterꝫ liberæ.signũq; apollinis q Themictes uocat pulcherrimum & maximum. Quod iste si portare potuisset:nõ dubitasset auferre. Nunc ad marcellũ reuertar ne hæc a me sine cã cõmemorata esse uideant. Qui cum tã pclarã urbẽ ui copiisq; cœpisset nõ putauit ad laudem Po.Ro.hoc ptinere.hanc pulchritudinem ex q̃ pſertim nihil piculi ostenderet:delere & extinguere. Itaq; ædificiis oĩbus publicis priuatis sacris,pfanis sic pepcit q̃si ad ea defendẽda cũ exercitu ũ expugnãda uenisset. In ornatu urbis habuit uictoriæ rõnẽ:habuit hũanitatis.uictoriæ putabat se esse multa Romam dportare:q̃ ornamẽto urbis eẽ possent.humanitatis nõ plane spoliare urbẽ.pſertim q̃ cõseruare uoluisset. In hac pticiõe ornatus nõ plus uictoria marcelli.P.r.appetiuit q̃ hũanitas Syracusanis reseruauit. Romã q̃ aspotata sunt ad ædẽ honoris atq; uirtutis. Itẽ aliis ĩ locis uidemus. Nihil ĩ ædibus nihil ĩ hortis posuit nihil ĩ sub urnano. Putauit si urbis ornamẽta domũ suã nõ cõtulisset domũ suã urbi ornamẽto futurã. Syracusis aũt pmulta atq; egregia reliqt. Deum uero nullũ uiolauit nullũ attigit. Cõferre Verrẽ nõ ut hoĩem cum hoĩe cõparetis:neq; tali uiro mortuo fiat iiuria:sed ut pacẽ cũ bello:leges cũ ui:forꝫ & iurisdictionẽ cũ ferro & armis:aduentum & comitatũ cũ exercitu & uictoria cõferatis. Aedes Minerue est ĩ ĩsula de q̃ antedixi q̃ marcellus nõ attigit.quã plenã atq; ornatã reliqt:q̃ ab isto sic spoliata atq; direpta est nõ ut ab hoste aliquo q tamen ĩ bello religionũ & cõsuetudinis iura retigerẽt sed ut a barbaris pdonibus uexata eẽ uideat. Pugna erat eq̃stris Agathoclis Regis ĩ tabulis picta pclaris aũt tabulis ĩteriores tępli parietes uestiebãt. hihil erat ea pictura nobilius nihil Syracusis qd magis uisendum putaret. Has tabulas.M.Marcellus cũ oĩa illa uictoria sua ,pfana fecisset tamẽ religione ĩpeditus nõ attigit. Iste cũ iã illa pp diuturnã pacẽ fidelitatẽq;.Po. Syrarusani sacra religiosaq; accepisset oẽs eas tabulas abstulit. Parietes quoꝫ ornatus tot sæcula manserat:tot bella effugerat:nudos ac deformatos reliqt.& Marcellus q si Syracusas cœpisset duo tępla dedicatoꝫ se Romæ uouerat:id q; erat ædificaturus his rebus ornare q̃s cœperat:noluit. Verres q non honori neq; uirtuti ut ille: sed Veneri & Cupidini uota deberet:Is Mineruæ tęplum spoliare conatus est. Ille deos deoꝫ spoliis ornare noluit.hic ornamẽta Mineruæ uirginis ĩ meretriciã domũ trãstulit. Viginti & septẽ pterea tabulas pulcherrime pictas & eadẽ æde suspulit:ĩ qbus erãt imagines Siciliæ regũ ac Tyrãnoꝫ q̃ nõ solũ pictoꝫ artificio delectabãt sed ẽt cõmemoratiõe hoĩum & cognitiõe formaꝫ. Ac uidete q̃to tetrior hic Tyrãnus Syracusis fuerit:q̃ qsq̃ supioꝫ:cum illi tamẽ ornarĩt tępla deoꝫ imortalium.hic ẽt deoꝫ monumẽta atq; ornamẽta sustulerit. Iam uero qd ego de ualuis illius templi cõmemorẽ? Vereor ne hæc q nõ uiderunt:oĩa me nimis augere atq; ornare arbitrent. qd tamẽ nemo suspicari debet tam eẽ me cupidũ ut tot uiros primarios uelim pſertĩ ex iudicum numero q Syracusis fuerint q hæc uiderĩt:eẽ temeritati & mẽdatio meo cõscios. Cõfirmare hoc lud.liqdo possum ualuas magnificẽtiores ex auro atq; ebore pfectiores nullas unq̃ ullo ĩ tpe fuisse. icredibile dictu ẽ q̃ multi græci de ualuaꝫ haꝫ pulchritudine scriptũ reliqrint.nimiũ forsitan hæc illi mirent:atq; afferant esto:uerũtamen honestus ẽ Reip.nostræ lud.ea q̃ illis pulchra eẽ uideãtur. Imperatorẽ nostrum in bello reliquisse q̃ præto.in pace abstulisse. Ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in ualuis.ea detrahenda curauit oĩa. Gorgonis os pulcherrimũ cinctum anguibus reuellit atq; abstulit.& tamen indicauit nõ solũ artificio sed ẽt pcio q̃stuq; duci. Nam bulas oẽs aureas ex his ualuis quæ erãt & multæ & graues nõ dubitauit auferre.quaꝫ iste nõ epere delectabantur:sed pondere. Itaq; eiusmodi ualuas reliquit: Vt q̃ oli ad ornandũ templum etant maximæ: Nũc tantum ad claudendum factæ eẽ uideant. Etiam ne gramineas hastas? Vidi enim uos in hoc nõ minime cũ testes diceret cõmoueri: qd erat huiusmodi. Vt semel uidisse satis esset.ĩ qbus neq; manufactũ qcq̃ neq; pulchritudo erat ulla sed tantum magnitudo incredibilis. De qua uel audire satis eẽt nimiũ uidere. plusq̃ semel etiam ne id concupisti? Nã sappho quæ sublata de Pritaneo ẽ dat tibi iustã excusationem prope ut concedendum atque ut ignoscendum eẽ uideatur. M. Syllamonis opus tam perfectum tam elegans tam elaboratum quisq̃ non modo priuatus sed populus potius haberet q̃ homo elegantissimus atque eruditissimus Verres. nimirum contradici nihil potest. Nostrum.n.unus qsq; qui tã beati q̃ iste ẽ:nõ sumus:tam pelicati eẽ nõ possumus. Si qĩ aliquid istiusmodi uidere uolet: At ædem eat Fœlicitatis ad monumentum Catuli in porticu. Metelli det operam ut admittatur in alicuius istoꝫ Thusculanum.spectet eorum ornatũ. Siquid est suorum Aedilibus accomodauit: Verres hæc habebat domi. Verres ornamẽtis Fanorum atq; oppidorum habeat plenam domũ uillas refertas. Etiam ne huius operari studia ac delicias.lud.perferetis? qui ita natus ẽ ita educatus ita factus & animo & corpore ut multo appositior ad deferenda q̃ auferenda signa eẽ uideatur? Atq; hac Sappho sublata quantum desiderium sui reliquerit:dici uix potest. Nã tũ ipsa fuit ægregie facta tum epigrãma græcũ ,pnobile insisum hũit.in Basi quod iste eruditus homo & græculus q hæc subtiliter iudicat qui solus intelligit si unam litteram græcam scisset nõ sustulisset. Nunc.n.quod inscriptum ẽ inani in Basi declarat quid fuerit:& id ablatum indicat. Quid signum paenis & æde Esculapii præclare factum sacrum & religiosum nõ sustilisti? quod oẽs ,ppter pulchritudinem uisere ,ppter religionẽ colere solebãt. Quid ex æde Liberi simulachrum Aristei nõ tuo impio palã ablatum ẽ? Quid? ex æde Iouis religiosissimum simulachꝫ Iouis impatoris quẽ Græci Vriõ nominãt pulcherrime factũ nõne abstulisti? Quid? ex æde Liberi paruũ illud caput pulcherrimũ quod uisere solebamus:dubitasti tollere? Atq; ille Pean sacrificiis anniuersariis simul cũ Esculapio apud illos colebatur. Aristeus q ut Græci ferunt Liberi filius inuentor Olei esse dicitur : una cum Libero patre apud illos eodem erat in templo consecratus. Iouẽ autem imperatorem quanto honori in suo tęplo fuisse arbitramur? Hinc colligere potestis quãta si recordari uolueritis religione fuerit eadem specieatq; forma signum illud quod ex Macedonia captum in Capitolio posuerat Flãminius. Etenim tria ferebant in orbe terrarum signa Iouis ,peratoris uno in genere pulcherrime facta. Vnum illud Macedonicum q; ĩ Capitolio uidemus. Alterum in Pontiore & angustiis. Tertium qd Syracusis ante Verrem Pr.fuit. Illud Flam-

minius ita ex æde sua sustulit:ut in Capitolio hoc est ī terrestris domicilio Iouis poneret.Quod autem ē ad introitum Ponti id cum tam multa ex illo mari bella emerserint:tam multa porro in Pontum iniecta sint. usq; ad hanc diem integrum inuiolatumq; seruatum est:Hoc tertium quod erat syracusis:q;.M.Marcellus armatus & uictor uiderat qd' religioni cōcesserat:qd' ciues atq; incolæ syracusani colere:aduenæ nō solū uisere uerū etiam uenerari solebant:id Verres in templo iouis sustulit.Vt sæpius ad.M.Marcellum reuertar. Iud.sic habetote plures eē a syracusanis istius aduentu deos q̄ uictoria Marcelli hoīes desideratos.Et.n.requisisse dicit'ēt Archimedem illum summo igenio hominē ac disciplina eumq; cū audisset iterfectum: pmoleste tulisse.Iste oīa quæ requiuit:nō ut seruaret uerū:ut asportaret:requiuit.Iam illa qa leuiora uidebunt'si hoc loco dicerent' ideo pteribo:qd' iste mēsas delphicas e marmore crateras ex ære pulcherrias uim maximam uasorū Corinthiorum ex oībus ædibus sacris syracusis abstulit.Itaq; Iu.hi qui hospites ad ea quæ uisenda sunt: ducere solēt & unumquicq̄ ostendere quos illi mistagogos uocāt conuersam iam habent demonstratiōem suam.Nam ut ante demonstrabant:qd' ubiq; esset ita nunc quid undiq; ablatum sit:ostēdunt.Quid tū me diocri ne tandē dolore eos affectos esse arbitramini:Nō ita ē Iud.primum q; oēs religione mouentur & Deos patrios:quos a maioribus acceperunt colendos sibi diligenter:& retinendos eē arbitrant'.Deinde hic ornatus hæc opa atq; artificia signa tabulæ pictæ.græcos hoīes nimio ope delectant.Itaq; ex illorū quærimōiis ītelligere possumus hæc illis acerbissima uideri:quæ forsitan nobis leuia & contemnenda eē uideantur:mihi credite Iu.Tametsi uosmetipsos hæc eadem audire certe scio.Cum multas acceperint:per hosce annos sociī atq; exteræ nationes calamitates & iniurias nullas græci homines grauius tulerunt:nec ferunt q̄ huiusce mōi spoliationes Fanorū atq; oppidorū licet iste dicat emisse se sicuti solet dicere.Credite mihi hoc Iud. Nulla unquam ciuitas tota Asia & græcia signum ullum & tabulas pictas ullum deniq; ornamentum urbis sua uoluntate cuiquam uendidit nisi forte existimatis posteaq̄ iudicia seuera.Romæ fieri desierint.Græcos homines hæc uēdere cœpisse quæ tum non mō nō uidebant:cum iudicia fiebant:Verumetiā coemebant:Nisi arbitramini.L.Crassio.C.Sceuolæ.Qu.Claudio potentissimis hominibus quorū ædilitates ornatissimas uidimus.Cōmertium istarum rerum cum græcis hominibus non fuisse his qui post iudiciorum dissolutiones ædiles facti sunt fuisse.Acerbiorem etiam scitote esse ciuitatibus falsam istam & simulatam emptiōem: quam si quis clam surripiat:aut eripiat palam atq; auferat.Nam turpitudinem summam esse arbitrant' referri ī lras publicas præcio paruo ea quæ accepissent a maioribus uendidisse:atq; alienasse.Etenim mitandū ī modum Græci rebus istis:quas nos cōtemnimus:delectantur:Itaq; maiores nostri facile patiebantur hæc eē q̄ plurima apud socios:ut imperio nostro q̄ ornatissimi florentissimiq; essent:Apud eos autem quos uectigales aut stipendiarios fecerant tamen hæc relinquebant:aut illi qbus ea iucunda sunt:quæ nobis leuia uidebant':haberent hæc oblectamēta & solacia seruitutis.Quid arbitramini reginos q iam ciues Ro.sunt mereri uelle ut ab iis marmorea Venus illa ne auferatur?Quid Tarentinos ut ne Europam in Tauro sedentē amittant?aut Satyrum q apud illos in æde uestæ ē ut cætera?Quid Thespienses ut cupidinis signum ppter quod unum uisuntur Thespiæ?Quid Gnydios:ut Venerem marmoream?Quid ut pictam Coos?Quid Ephesios ut Alexandrum?Quid Zizicenos ut Aiacem aut Medeam?Quid Rhodios ut Ialysum?Quid Athenienses ut es marmore iachum aut Parthalum pictum aut ex ære Myronis Bucculam?Longum ē:& non necessarium commemorare quæ apud quosq; uisenda sunt tota asia & Græcia.Verum illud est quamobrem hæc commemorem:quod existimare uos hoc uolo mirum quendam dolorem accidere iis ex quorum Vrbibus hæc auferantur:atq; ut cæteros omittamus:De ipsis syracusanis cognoscite.ad quos ego cum uenissem sic primo existimabam.ut Romæ ex istius amicis acceperam ciuitatē Syracusanam propter Heraclii hæreditatem non minus eē isti amicam q̄ Mamertinam propter prædarum ac furtorum omnium societatem.Simul & uerebar ne mulierum nobilium & formosarū gratia quarū iste arbitrio præturam per triennium gessat:uirorumq; quibus cum nuptæ erant:nimia in istum non lenitudine:sed ēt liberalitate oppugnarer:si quid ex lris syracusanorum conquirerem.Itaq; syracusis cum ciuis Ro.Eram eorū tabulas scribebā iniurias cognoscebam.Cum diutius in eo negocio curaq; fueram:ut requiescerē curamq; animi remitterē: Ad Carpinatii præclaras tabulas reuertebar.Vbi cum Eqtibus Ro.ex illo conuentu honestissimis illos Verrutios de quibus ante dixi:explicabam a Syracusanis:prorsus nihil adiumenti:neq; publice:neq; priuati expectabam:meo erat in animo postulare.Cum hæc agerem:repente ad me uenit heraclius is:qui tum magistratus syracusis habebat hō nobilis:q sacerdos Iouis fuisset:qui honos apd' Syracusanos ē amplissimus:agit mecum & cum fratre meo ut si nobis uideretur:adiremus ad eorū senatum:frequentes eē in Curia se iussū senatus a nobis petere:Vt ueniremus:primo nobis fuit dubium quid ageremus.Deinde cito uenit in mētem non eē uitandum nobis illum conuentum & locum.Itaq; cum in Curiam uenimus honorifice sane consurgitur:nos rogatu Magistratus assedimus.incipit is loq qui & auctoritate & ætate & ut mihi uisum est usu rerum antecedebat Diodorus Timarchides:cuius oīs oratio hanc habuit primo sniam senatum populumq; syracusanum moleste grauiterq; ferre:quod ego cum in cæteris Siciliæ ciuitatibus senatum populumq; docuissem:quid eis utilitatis quid salutis afferrem:& cum ab omnibus mandata legatos litteras testimoniaq; sumpsissem:in illa ciuitate nihil eiusmodi facerem.Respondi neq; Romæ in conuentu Siculorum:cū a me auxilium communi omnium legationum consilio petebatur.causaq; ad me totius siciliæ deferebatur Legatos syracusanorum affuisse neq; me postulare ut quicquā contra.C.Verrem decerneretur in ea curia in qua inauratam.C.Verris statuam uideré.Quod posteaq̄ dixi:Tantus est gemitus factus aspectu statuæ:& cōmemoratione:ut illud in Curia positum .Monumentum scelerum non beneficiorum uideretur: Tum prosq̄ quisque: quantum dicendo assequi poterat docere me cœpit: Ea quæ paulo ante commemoraui spo-

liatam urbem fana direpta:ex Heraclii hæreditate quam paleſtritiſ conceſſiſſet:qui etim ainuentorem.Olei deum ſuſtuliſſet.Neq; illam ſtatuā eſſe ex pecunia publica datā:ſed eos qui hæreditatis diripiendæ partici/pes fuiſſent:faciendam ſtatuendāq; curaſſe.Eoſdē Romæ fuiſſe legatos illius adiutores improbitatis ſocios furtorꝫ cōſcios flagitiorum.Eo minus mirari me oportere ſi illi cōi legatorꝫ uoluntati & ſaluti ſiciliæ deffu/iſſent.Vbi eorꝫ dolores nō mō nō miores:ſed ꝓpe maiores quā cæterorꝫ ſiculorꝫ eē cognouimus.Tum meū aium ī illos tū ego mei cōſilii negociiq; totius ſuſcepti cām rōnēq; ꝓpoſui:Tum eos hortatus ſum ut cauſæ cōi ſalutiq; nō deeſſent:ut ei illā laudationē q̄ ſe ui ac metu coactos paucis illis diebus decreſſe dicebāt:tolle/rēt.Itaq; lud.ſyracuſani hæc faciūt iſtius clyētes atq; amici primū mihi ꝛ̄ras publicas q̄s ī ærario ſanctioſ cō/ditas habebāt:proferunt:ī quibus oſtendunt oīa q̄ dixi ablata eſſe perſcripta:& plura ēt quā ego potui dice/re:perſcripta āt hoc mō qd'ex æde Mineruæ hoc & illd'abeſſe:qd' ex æde Iouis:qd'ex æde Liberi:ut quiſque eis rebus tuendis conſeruandiſq; præfuerat.Ita perſcriptū erat cum rōnem ex lege redderet & quæ acceperat deberet tradere.Petiſſe ut ſibi qd' hæ res abeſſent:ignoſceret.Itaq; omnes liberatos diſceſſiſſe:& eſſe ignotū: oībus q̄s ego litteras obſignādas publico ſigno deportādaſq; curaui.De laudatiōe āt rō ſic reddita eſt:primū cum a Verre ꝛ̄ræ aliquādo ante aduentum meū.De laudatiōe ueniſſent nihil eſſe decretū.Deīde cum qdam ex illius amicis cōmonerēt oportere dcreui:maxio eſſe clamore & cōuitio repudiatos:Et poſtea q̄ meus ad/uentus oppropiq̄rit īperaſſe eū:q ſummā ptātē hēret:ut dcernerent:decretum ita eſſe: ut multo plus illa lau datio aliqd mali q̄ boni poſſit afferre.adeo lud.ut mihi ab illis demōſtratū ē:ſic uos ex me cognoſcite.Mos ē Syracuſis:ut ſi q̄ de re ad ſenatum referat'dicat ſnīam q uelit nominati nemo rogat'.Et tamē ut q̄ſq; honore & ætate antecedit:ita prius ſolet ſua ſpōte dicere.Idq; a cæteris ei cōcedit':Si quādo taceant oēs tūc ſortito co/gunt' dicere.Cum hic mos eſſet:refert'ad ſenatum de laudatiōe Verris:ī quo primū:ut aliqd eſſet more mul ti iterpellāt.de.ſex.Peduceo q ex illa ciuitate totaq; ꝓuīcia optīe meritus eſſet:ſeſe antea cum audiſſent ei ne/gociū faceſſitum:cūq; eum publice ꝓ plurimis eius & maximis meritus laudare cuperēt:a.C.Verre ꝓhibitos eſſe iniquū eſſe.Tāetſi Peduceus eorꝫ laudatiōe iā nō uteret:Tamē nō prius ei decernere:qd'aliquādo uoluiſ/ſent q̄ qd'tum cogerent'.Cōclamāt oēs & approbāt ita fieri oportere:refert' de peduceo:ut q̄ſq; ætate & hono re antecedebat:ita ſnīam dixit ex ordīe.Id adeo ex ipſo.S.C.cognoſcite nā pricipiū ſnīæ pſcribi ſolet. RECI/Ta.Qd uerba facta ſunt de.ſex.Peduceo.Dicit q primū ſuaſerīt:decernit'.Refert' deīde de Verre:Dic q̄ſo quo mō? quot uerba facta ſunt de.C.Verre? qd poſtea ſcriptū? ē cum ſurgeret nemo atq; ſnīam diceret:qd hoc ē? ſors ducit' quāobrē? Nemo erat uoluntarius laudator ꝓturæ tuæ dfenſor piculorꝫ tuorꝫ pſertī cū inire a.P. R.gratiā poſſet:nemo ipſi illi tui cōuiuæ cōſiliari & cōſcii ſocii uerbū facere nō audebāt.ī curia ſtatua tua ſta bat & nuda ī ea filii nemo fuit nec quē nudus qdē filius nuda ꝓuīcia cōmoueret.Atq; ēt hoc me docent eiuſ mōi.S.C.ſeſe feciſſe laudatiōes ut oēs ītelligere poſſent:nō laudatiōem ſed potius irriſionē eē illā q̄ cōmone/faceret iſtius turpē calamitoſamq; ꝓturā.Ea.n.ſcripta ē q; iſte uirgis neminē cecidiſſet:a quo cognoſcitis no/biliſſimos hoīes atq; īnocētiſſimos ſecuri eſſe ꝓcuſſos:q; uigilāter ꝓuīciā adminiſtraſſet:cuius oēs uigilias in ſtupris cōſtat adulteriiſq; eē cōſumptas.Hoc ut ſcriptū ē:qd' ꝓferre nō auderet reus accuſator recitare nō de ſineret:qd' ꝓdōes ꝓcul ab īſula ſicilia ꝓhibuiſſet Verres.quos ēt ītra ſyracuſanā īſulā recepiſſet.q̄ poſtea q̄ ex illis cognoui diſceſſi:cū fratre e curia:ut nobis abſentibus ſi qd uellēt decernerent. Decernunt ſtatī primū ut L.Fratri hoſpitium publice fieret q; is eādē uolūtatē erga ſyracuſanos ſuſcepiſſet quā ego ſemp habuiſſem id nō mō tū īcripſerunt:ueꝫ ēt ī ære īciſum nobis tradiderunt.Valde hercle te ſyracuſani tui quos crebro com memorare ſoles:diligunt q cū accuſatore tuo ſatis iuſtā cām cōiūgēdæ neceſſitudinis putāt q; te accuſaturus ſit & q; ad inqrēdū ī te uenerat.Poſtea decernit'ac nō uarie ſed ꝓpe cōiunctis ſentētiis:ut laudatio q̄.C. Verri decreta eſſet:tolleret'.An eo cū iā nō ſolum diſceſſio facta eſſet:ſed ēt pſcriptū atq; ī tabulas relatū.Pr. appella tur:at q̄s appellat? Magiſtratus aliq.nemo Senator:ne id qdē.Syracuſanorꝫ aliq̄s minime.q̄s igit' ꝓtorē appel lat:q q̄ſtor iſtius fuerat Cecilius.O rem ridiculā.O deſertum hoīem.O dſperatū ac relictum a Magiſtratu ſi culo Ne.S.C.Siculi hoīes facere poſſent:ne ſuū ius ſuis maioribus ſuis legibus obtinere poſſent:non amicus iſtius nō hoſpes nō denīq; aliq̄s ſiculus:ſed q̄ſtor ꝓtorē appellat.q̄s hoc uidit aut q̄s audiuit:ꝓtor æquus & ſa piens dimitti iubet ſenatū.Concurrit ad me maxima multitudo primum ſenatores clamat' eripi ſibi ius eri pi libertatem populus ſenarum laudare gratias agere ciui Roma.a me nuſquam diſcedere.quo quidem die nihil ægregius factum eſt:multo labore meo : quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur . Cum ad Præ.in ius adiſcemus excogitat ſane diligenter & caute quid decernat nam ante quā uerbum facerem de ſel la ſurrexit:& abiit . Itaque tum de foro cum iam aduеſperaſceret : diſceſſimus:poſtridie mane ab eo poſtu/lo . ut ſyracuſanis liceret.S.C.Quod pridie feciſſent:mihi reddere ille enim uero negat & ait indignum faci nus eſſe:quod ego in ſenatu Græco uerba feciſſem :qd' quidem apd' Græcos græcæ locutus eſſem id fieri nullo modo poſſe.Reſpondi hōi ut potui:ut uolui:ut debui tum multa tum etiam hoc me memini diceer facile eſſe perſpicuum q̄tum ītер hunc & illū Numidicū ueꝫ ac germanum Metellū ītereſſet:illum noluiſſe ſua laudatiōe iuuare.L.Luculum ſororis uirꝫ:q cum optīe cōueniſſet:huic homini alieniſſimo a ciuitatibus laudatiōes p uī & metū cōparare.Quod ubi ītellexi:multū apd' illum recētes nūcios multū tabulas nō com mēdaticias ſed tributarias ualuiſſe admōitu ipōrꝫ ſyracuſanorꝫ īpetū ī eas tabulas facio:ī qbus ſigilla pſcripta erāt ecce āt noua uerba atq; rixa:ne tū iſtum oīo ſyracuſis ſine hoſpitibus plane nudū eē atq; dſertū putetis: retinere cœpit tabulas Theōnaſcus qdā hō ridicule īſanus:quem Syracuſani theor actum uocāt qui illic eiuſ modi eſt ut eum pueri ſectentur ut oēs cum loq cœperint irrideant.Huius tamen inſania quæ ridicula ali/is mihi tamen moleſta ſane fuit:nam cum ſpumas ageret ī ore:arderent oculi uoce maxīa uī me ſibi afferre clamaret:copulati ī ius peruenimus.Hic ego poſtulare cœpi:ut mihi tabulas obſignare ac deportare liceret.

ille cōtra recitare oīum mihi tabulaꝝ & litterarum fieri potestatem oportere. Ille uirtuosus urgere nihil ad se uestras leges pertinere. Pr. itelligens negare sibi placere: qd'. S. C. ratū esse nō deberet: Id me Romam deportare. Quid multa? nisi uehemētius homini minatus essem: nisi legū sanctionē pœnāq; recitassem Tabularum mihi ptās facta nō eēt. Ille āt isanus q pro isto cōtra me uehemētissime declamasset: postq nō īpetrauit. credo ut ī gratiā mecū rediret: libellum mihi dat: ī quo istius furta Syracusana pscripta erāt: q ego antea iā ab illis: cognorā: & acceperā: Laudēt te sane iā Mamertini q ex tāta puicia soli sunt: q se saluū uelit. Ita tamē laudēt ut Heius q eius priceps legatiōis ē: adsit: Ita laudēt: ut ea q rogati erūt: mihi paratī sint respōdere. Ne subito a me opprimāt: hic sum rogaturus: nauē debeāt ne? fatebūt: pbuerit ne. C. Verre Pr? negabūt. ædificauerit ne nauē onerariā maximā publice quā Verri dederūt? negare nō poterūt. frumētum ne ab his sumpserit Verres q Po. R. mitteret sicuti supiores? negabūt. Quid militū aut nautaꝝ p triēniū dderunt? nullū datum dicēt: fuisse Messanā oīum istius furtoꝝ ac pdaꝝ receptricē? negare nō poterunt. pmulta multis ī nauibus illic exportata. Hāc deniq; nauē maximā a Mamertinis datā onustā cū isto Pr. pfectā fatebūt. Quāobrē tibi habe sane istā laudatiōem Mamertinā. Syracusam qdē ciuitatē: ut abs te affecta sit: ita ī te eē aiatam uidemus: apd' quos ēt Verreia illa flagitiosa sublata sunt. Et. n. minime cōueniebat: ei deoꝝ honores haberi: q simulachra deorū sustulisset. Etiā mehercule illd' ī syracusanis merito reprēhederēt: si cū diē festum ludoꝝ de fastis suis sustulissent: celeberrimū & sanctissimū: q eo īpe die syracusæ a Marcello captæ eē dicunt: iidē diē festū. Verris nomine agerēt: cū iste syracusanis q ille calamitosus dies reliquerit: ademisset. At uidete hominis īpudētiā atq; arrogātiā Iud. qui non solum Verreia hæc turpia hæc ridicula ex heraclii pecunia constituerit: uerumetiā Marcellea tolli īperarit: ut ei sacra facerent: quot annis cuius opera omnium annorum sacra deosq; patrios amiserant: eius autem familiæ dies festos tollerent: per quam cæteros quoque festos dies recuperarant.

M. T. C. IN. C. VERREM ACCVSATIONVM. LIBER SEPTIMVS ET VLTIMVS.

NEMINI VIDEO dubium esse Iud. quin apertissime. C. Verres ī Sicilia sacra fanaq; omnia & priuatī & publice spoliari: uersatusq; sit sine ulla nō mō religiōe ueꝝ dissimulatiōe ī oī genere furādi atq; pdādi. Sed qdā mihi magnifica & pclara eius defensio ostēdit. cui quēadmodū resistā: multo mihi ante ē Iudices puidendū. Ita. n. causa cōstituit. puiciā siciliā uirtute eius: & uigilantia singulari dubiis formidolosisq; tēporibus a fugitiuis atq; a belli piculis tutam esse seruatā. Quid agā Iud. quo accusatiōis meæ rōnē cōferā? quo me uertā? Ad oēs. n. meos īpetus q si murus qdā boni nomē īperatoris oppōit. Noui locū: uideo ubi se iactaturus sit Hortensius bella picula tpa. R. P. Impatoꝝ penuriā cōmemorabit. Tū dpcabit a uobis: Tū ēt p suo iure cōtendet. ne patiamini talē Imperatorē. P. R. siculoꝝ testimoniis eripi: ne ue obteri laudē īpatoriā criminibus auariciæ uelitis. Non possum dissimulare Iu. Timeo ne. C. Verres propter hāc uirtutē eximiā ī re militari oīa q fecit īpune fecerit. Venit. n. mihi ī mētem ī iudicio. M. Aquilii quātū auctoritatis quātū mōmēti oro. M. Antonii habuisse existimata sit: q ut erat ī dicendo nō solum sapiens: sed ēt fortis. Causa ppe perorata: ipse arripuit. M. Aquilium constituitq; ī cōspectu oīum: Tunicāq; eius a pectore abscindit: ut cicatrices. P. R. Iudicesq; aspicerent aduerso corpore exceptas: simul & de illo uulnere: qd' ille ī capite ab hostiū duce accepat: multa dixit: Eoq; adduxit eos q erāt iudicaturi uehemēter ut uereréē: ne quē uiꝝ fortuna ex hostium telis eripuisset: cum sibi īpe nō pepercisset. Hic nō ad. P. R. laudē: sed ad iudicium crudelitate uidereē eē seruatus. Hæc eadē nūc ab illis dfensionibus rō uiaq; tentat. Idē qrit sit fur: sit sacrilegus: sit flagitioꝝ oīum uitiorūq; priceps. At ē bonus Imperator & fœlix & ad dubia. R. P. tēpora reseruādus. Nō agā summo iure tecū nō dicā id qd' debeam forsitan obtinere: cū iudicium certa lege sit cōstitutū nō qd ī re militari: fortiter feceris: led quēadmodū manus ab alienis pecuniis abstinueris: abs te doceri oportere. Nō inquā sic agā: sed ita qrā quemadmodū te uelle ītelligo: q tua opa & quāta fuerit ī bello? Quid dices? an bello fugitiuoꝝ sicilia uirtute tua liberatā? magna laus q hōesta rō: sed tamē quo bello? Nos. n. post id bellū qd'. M. Aquilius cōfecit sic accepimus nullū ī sicilia fugitiuoꝝ bellū fuisse: at ī Italia fuit: fateor & magnū qdem ac uehemens. Nū igit ex eo bello partē aliq laudis appetere conaris? Nū tibi illius uictoriæ gloriā: cū. M. Crasso aut Gn. Pōpeio cōmunicādā putas? Nō arbitror hoc etiā deesse tuæ īpudentiæ. ut qcqd eiusmōi dicere audeas: Obstitisti uidelicet ne ex Italia trāsire ī siciliā fugitiuoꝝ copiæ possent ubi? quādo? q ex pte? cū aut nauibus aut ratibus conarent accedere? Nos. n. nihil unq prorsus audiuimus: & illd' audiuimus. M. Crassi fortissimi uiri uirtute cōsilioq; factū ne ratibus cōiunctis freto fugitiui ad Messanā transire possent. A quo illi conatu nō tātopere phibendi fuissent: si ulla ī sicilia psidia ad illorum aduentū opposita putarēt. At cum ī Italia bellum tā ppe a sicilia tamē ī sicilia nō fuit. Quid miꝝ? Nec cum ī sicilia qdē fuit eodē ītera uallo pars eius belli ī Italiā ulla puasit. Et. n. ppinqtas ad utrā partē hoc loco pferet utꝝ auditū facilem hostibus: an cōtagionē īmitandi eius belli periculosam fuisse? aditus oīs hominibus sine facultate nauiū nō mō disiūctus: sed ēt clausus fuit: ut illis qbus siciliam propiquā fuisse dicis facilius fuerit ad occeanū puenire: q ad Peloridē accedere. Cōtagio autem ista seruilis belli cur abs te potius q ab his omnibus q cæteras prouicias obtinuerūt: pdicat? an q ī sicilia iam ante bella fugitiuoꝝ fuerūt? at ea ipsa causa ē cur ipsa prouicia minimo ī piculo sit & fuerit. Nam postea q illic. M. Aqlius discessit: oīum istituta atq; edicta Pr. fuerūt eiusmōi. ut ne qs cū telo seruus eēt. Vetus ē: qd' dicā: & pp seueritatē exēpli nemini fortasse uestrū inauditū. L. Domitiū Pr. ī sicilia cum aper īgēs ad eū allatus eēt. admiratū reqsisse qs eū pcussisset cū audisset pastorē cujusdā fuisse: eū ad se uocari iussit illū cupide ad Pr. q si ad laudē & ad pmiū accurrisse: quæsisse domicium qui tantam bestiā percussisset? illum se respondisse uenabulo: statim deinde iussu. Pr. in crucem esse sublatū: Duꝝ hoc fortasse uldeat neq; ego ullā ī ptē disputo tātū ītelligo maluisse. Domiciū crudelem ī aiaduertendo: q ī ptermitēdo dissolutū uidri. Ergo his istitutis puiciæ iā tū cū bello fugitiuoꝝ tota Italia ar-

deret hō nō accerrius nec fortissimus.Gn.Norbanus ī summo ocio fuit.pfacile.n.sese sicilia tuebat ne qd ī ip sa bellū possit existere:Et.n.cū nihil tā cōiūctū sit q negociatores nrī cū siculis usu re rōne cōcordia:& cū ipi si culi res suas ita cōstitutas habeāt:ut his pace expediat eē.Impiū āt.P.R.sic diligāt:ut id īminui aut commuta ri minime uelīt:cūq hæc ab seruoꝝ bello picula &.Pr.īstitutis & dūoꝝ disciplia puisa sint.Nullū ē malū do mesticū:qd ex ipa puicia nasci possit:Quid igit? nulli ne motus ī Sicilia seruoꝝ Verre.Pr.nullæ ne cōsensio nes factæ esse dicunt? Nihil sane qd ad.S.P.q.R.puenerit:nihil qd iste Romā publice cōscripserit:& tamen cœptū esse ī sicilia moueri aliquot locis seruitiū suspicor.Id adeo nō tā ex re q ex istius factis dcretisq cogno sco.At uidte q nō inimico aio sim acturus.Ego ipe hæc q illæ qrit:q adhuc nūq audistis:cōmemorabo:& p ferā.In Triocalino quē locū fugitiui iā ante tenuerūt.Leonidæ cuiusdā siculi familia ī suspitionē ē uocata con iuratiōis.Res dlata ad istū stati:ut par fuit:iussu eius hoīes q noīati erāt:cōphensi sunt adductiq.Lilybeū:do mīo denūciatū ē:ut adesset:cā dicta dānati sunt.Quid deide? qd cēseris? furtū fortasse aut pdā expectatis aliq Nolite usq quaq qdē quærere ī mœtu belli furādi q locus pōt esse? Etiā si q sic fuit ī hac re occasio ptermis sa ē.Tū potuit a Leōida nūmoꝝ aliqd auferre:cū denunciauit:ut adesset:fuit nundinatio aliq & isti nō noua ne cām diceret:ēt alter locus ut absoluerent.Dānatis qdē seruis q pdandi pōt eē rō? pduci ad suppliciū neces se ē.Testes.n.sunt:q ī cōsilio fuerūt.Testes publicæ tabulæ testis splēdidissima ciuitas Lilybetana:Testis hōe stissimus maximusq cōuentus ciuiū.R.nihil pōt: pducēdi sunt:Itaq pducūt:& ad palum alligāt.Etiā nunc mihi expectare uidemini lud.qd deide factū sit:qd iste nihil unq fecit:sine aliquo qstu atq pda.Quis ī eius mōi re fieri potuit? qd cōmodū ē? Expectate facinus q uultis īprobū unicā tamē expectationē oīum nomīe sceleris cōiuratiōisq dānati ad suppliciū traditi ad palū alligati repēte multis milibus hoīum īspectātibus so luti sunt & Leōidæ illi dīo redditi.Quid hoc loco potes dicere hō amētissime? Nisi id qd ego nō qro? quod dniq ī re tā nefaria:Tametsi dubitari nō pōt.Tamē ne si dubitet qdē qri oporteat:qd aut quātū aut quō acce peris.Remitto tibi hoc totū atq ista te cura libero:neq.n.metuo ne hoc cuiq psuadeat:ut ad qd facinqs ne mo pter te ulla pecunia adduci potuerit.Id tu grās suscipe conatus sis.Verꝝ d ista furādi pdādiq rōe nihil di co:De hac īpatoria iā tua laude disputo.Quid ais bone custos dfensorq puinciæ? Tu quos seruos arma ca pere:ac bellū facere ī Sicilia uoluisse cognoras:& d cōsilii snia iudicaras:hos ad suppliciū iā more maioꝝ tra ditos & ad palū alligatos ex media morte eripere ac liberare ausus es? ut quā dānatis seruis crucē fixeras: hāc īdemnatis ciuibus.R.reseruares:Præditæ ciuitates disparatis oībus rebus hos solent exitus exitiales hēre:ut damnati ī integꝝ restituāt:uicti soluāt Exules reducāt: res iudicatæ rescindant.Quæ cū accidūt:nemo ē qn ītelligat ruere illā.R.P.Hæc ubī ueniūt nemo est q ullā spem salutis reliquā eē arbitret.Atq hæc sicubi facta sunt:Vt hoīes populares aut nobiles supplicio aut exilio leuārēt:ut nō ab his ipsis q iudicassent ut nō statim ut nō eoꝝ facinoꝝ dānati quæ ad uitā & fortunas oīum ptinerēt:Hoc uero nouū & eiusmōi ē:ut magis pro pter reum q pp rē ipsam credibile eē uideat:ut hoīes seruos:ut ipse q iudicarat.ut stati e medio suplicio dimi serit:ut eius facinoris dānatos seruos:qd ad oīum liberoꝝ caput & sanguinē ptineret.O pclaꝝ Impatorē nec iam cū.M.Aqlio fortissimo uiro:sed uero cū Paulis Scipiōibus Mariis cōferendū:Tātū ne uidisse ī mœtu pi culoq puinciæ cū seruiciorꝝ aīos ī Sicilia suspēsos pp bellū Italiæ fugitiuoꝝ uideret.Ne qs se cōmouere aude ret:q tū terroris iniecit? cōphēdi iussit.Quis nō ptimescat cām dicere dīos? qd seruis tā formidolosum? fecis se uidri pnunciauit? Ortā uidet flāmam paucoꝝ dolore ac morte restrixisse.Quid deinde seqt? uerbera atq ignes & illa extrema ad suppliciū dānatoꝝ mœtū cæteroꝝ cruciatus & crux hisce oībus suppliciis sunt libera ti.Quis dubitet qn seruoꝝ aīos summa fortitudīe oppsserit:cū uidrent ea facilitate.Pr.ut ab eo sceleris coniu ratiōisq dānatoꝝ uita uel ipso carnifice īternūcio redimeret.Quid hoc ī Apollonīēse Aristodamo? qd ī Leō te Magarensi nō idē fecisti? qd iste motus seruoꝝ bellīq subita suspicio? Vtꝝ tibi tādem diligentiā custodien dæ puiciæ.an nouā rōnem īprobissimi qstus attulit? Haliēsis Eumenidæ nobilis hoīs & hōesti magnæ pe cuniæ uillicus cū īpulsu tuo īsimulatus esset.HS.lx.a Domīo accepisti.qd nuper ipse iuratus docuit quēad modū gestum eēt.Ab eqte Ro.C.Matrino absente cū is eēt Romæ q eius uillicos pastoresq tibi ī suspitio nē tenuisse dixeras.HS.centies abstulisti.Dixit hoc.L.Flauius q tibi eam pecuniam numerauit procurator. C.Matrini.Dixit ipse.C.Matrinus dicet uir clarissimus.Gn.Lentulus Cēsor q Matrini honoris causa recēti negocio ad te litteras misit:mittēdasq curauit.Quid d Apollonio Diocli filio Panormitano:cui Gemīo co gnomē ē præteriri pōt? & qd hoc tota Sicilia clarius? Et qd īdignius? & qd manifestius pferri pōt? Quē is uti panormū uenit ad se uocari:& d Tribunali citari iussit:cōcursu magno frequentiaq cōuentus hoīes sta tī loq mirari q Apollonius hō pecuniosus tā diu ab isto maneret īteger.Excogitauit nescio qd attulit profe cto hō diues repēte a Verre nō sine cā citat expectatio sūma oīum qdnā id eēt:cū exanimatus subito ipe accur rit cum adolescente filio.Nam pater grandis natu iam diu lecto tenebatur.Nomīat iste seruum quem magi strum pecoris esse diceret:eum dicit coniurasse:& alias familias concitasse:Is oīno seruus ī familia non erat: eum statim exhiberi iubet. Apollonius affirmat seruum se omnīo illo nomīe habere neminem. Iste homī nem arripi a Tribunali & in carcerem coniici iubet.Ille clamare cum raperetur:nihil se miserum fecisse.Ni hil commisisse:pecuniam sibi eē ī hominibus numerātā ī præsentia non habere.Hæc cū maxīe summa ho mīum freqntia testificaret:ut quis ītelligere posset:eū q pecuniā nō dedisset:Iccirco illa tā acerba iniuria affi ci cum maxīe:ut dico hoc d pecunia clamaret:ī uicla coniectus ē.Videte cōstantiā.Pr.& eius.Pr.q ī rebus nō ita defendat:ut mediocris.Pr.sed ita laudet:ut optius Imperator.Cū seruoꝝ bellū metueret:quo supplicio dūos īdēnatos afficiebat hoc seruos dānatos liberabat.Apolloniū locupletissimū hoīem: q si fugitiui bellū ī Sicilia facerent:amplissimas fortunas amitteret belli fugitiuoꝝ noīe ī dicta cā ī uicla coniecit seruos quos ip se cū cōsilio belli faciendi cā cōsensisse iudicauit eos sine cōsilii snia sua spōte oī supplicio liberauit.Quid si ab

Apollonio aliqd cõmissum esset quãobrem iure ĩ eum aĩaduerteret tamen ne hãc rem sic agemus:ut crimi
ni aut inuidiæ reo putemus esse oportere si quo de hoie seuerius iudicauit? Nõ agã tã acerbe nõ utar ista ac
cusatoria cõsuetudie si qd' est factum clementer:ut dissolute factu criminer:si qd uindicatum seuere ẽ:Vt ex
eo' crudelitatis inuidiã colligã:nõ agã ista rõne tua seq̃r iudicia tuã defendã auctoritatem:quoad tu uoles: Si
mul ac tu te cœperis tua iudicia rescidere:mihi succensere desinito.Meo iure.n.cõtendã eum q suo iudicio cõ
demnatus sit:iuratorq̃ iudicium sententiis dãnari oportere.Nõ dfendã Apollõii cãm amici atq̃ hospitis mei
ne tuũ iudicium uidear rescidere.Nihil de hois frugalitate uirtute diligentia dicã:Prætermittã illd' ẽt d quo
ãtea dixi fortunas eius ita cõstitutas fuisse:familia pecore uillis pecuniis creditis:ut nemini minus expediret
illũ ĩ sicilia tumultum aut bellum cõmoueri.Nõ dicã ne illd' qdem si maxie ĩ culpa fuerit Apollonius:Tamẽ
ĩ hoiem hõestissimum ciuitatis hõestissimæ tã grauiter aĩaduerti cã ĩdicta nõ oportuisse.Nullã inuidiã in te
ne ex illis qdem rebus cõcitabo:cũ esset talis uir ĩ carcere ĩ tenebris ĩ squalore ĩ sordibus tyrãnicis.interdictis
tuis patri exacta ætate & adolescenti filio adeundi ad illũ miseq̃ptãtẽ nũq̃ esse factã.Etiã illd' pteribo:quotiẽs
cunq̃ Panormum ueneris illo anno & sex mensibus:nã tã diu fuit ĩ carcẽ Apollõius:Totiens ad te senatum
Panormitanum adisse supplicem cũ mãtibus sacerdotibusq̃ publicis orãtem atq̃ obsecrãtem:ut aliq̃do il
le miser atq̃ inocens calamitate illa liberaret.Reliquã hæc oĩa:q̃ si uelim pseq facile ostendã tua crudelitate
ĩ alios oẽs tibi aditus misericordiæ iudicũ iã pridẽ esse pclusos.Omnia igit ista cõcedã & remittã.puideo enĩ
qd sit dfensurus Hortensius fatebit apd' istum neq̃ senectutem patris neq̃ adolescentiã filii neq̃ lachrymas
utriusq̃ plus ualuisse q̃ utilitatẽ salutẽq̃ puiciæ:Dicet.R.P.administrari sine mœtu ac seueritate nõ posse: q̃
ret quãobrem fasces ptoribus pferãt? cur secures datæ? cur carcer ædificatus? cur tot supplicia sint ĩ impro
bos more maioq̃ cõstituta? Quæ cũ oĩa grauiter seuereq̃ dixerit:q̃rã cur hunc eundẽ Apollonũ Verres idẽ
repẽte nulla noua re allata:nulla defensione si sine cã de carcere emitti iusserit? Tãtumq̃ in hoc crimie suspi
tionis esse affirmabo:Vt iã ipsis iudicibus sine mea argumentatiõe cõiectura facere pmittã.Quod hoc genus
pdãdi q̃ iprobum q̃ indignum q̃q̃ ad magnitudinem q̃stus imensum ifinitumq̃ eẽ uideat.Nam quæ iste ĩ
Apollonio fecit:Ea primũ breuiter cognoscite quot & quãta sint:Deide hoc expedite atq̃ æstimate pecunia
reperietis iccirco hoc ĩ uno homine pecunioso tot cõstituta ut cæteris formidines similium incõmodorum
atq̃ exempla periculoq̃ pponerent.Primum insimulatio est repentina capitalis atq̃ inuidiosi criminis: sta
tuite quãti hoc putetis & quã multo redemisse.Deinde crimen sine accusatore sententia sine cõsilio dãnatio
sine defensione.Aestimate haq̃ req̃ omnium præcia & cogitate ĩ his iniquitatibus unum hæsisse Apolloni
um.Cæteros profecto multos ex his icõmodis pecunia se liberasse.Postremo tenebræ uincla carcer iclusum
suppliciũ atq̃ a conspectu parentum ac libeq̃ deniq̃ a libero spiritu & cõmuni luce seclusum.Hæc uero quæ
uel uita redimi recte possunt æstimare pecuniã nõ queo.Hæc oĩa sero redemit Apolionius iã mœrore ac mi
seria perditus:sed tamẽ cæteros docuit:ante istius auaricie ac sceleri occurrere.Nisi uero existimatis homi
nem pecuniosissimũ sine aliqua causa quæstus iniectũ ad tam incredibile crimen:aut sine eadem causa repẽ
te e carcere emissum:aut hoc prædãdi genus ab isto ĩ illo uiro adhibitum ac tentatum:& nõ p illum omni
bus pecuniosis Siculis metũ ppositum & iniectum.Cupio mihi Iu.ab illo subici quoniã de militari eius glo
ria dico:si qd forte prætereo.Nam mihi uideor de omnibus iam rebus eius gestis dixisse:quæ qdem ad belli
fugitiuoq̃ pertinerent suspitionẽ.Certe nihil sciens prætermisi:habetis hois cõsilia diligẽtiã uigilantiam de
fensionẽq̃ puiciæ.Súma illuc pertinet:ut sciatis:quoniã plura genera sunt iperatoq̃.Ex quo genẽ sit.ne diu
tius ĩ tanta penuria uiroq̃ fortium talem iperatorem ignorare possitis.Non ad.Qu.Maximi sapientiam ne
q̃ ad illius superioris Africani in re gerenda celeritatẽ:neq̃ ad istius q postea fuit singulare cõsilium : neq̃ ad
pauli rõnem ac disciplinã neq̃ ad.C.Marii uim atq̃ uirtutẽ:sed ad alid' genus iperatoq̃ sane diligenter reti
nendum & conseruandum quæso cognoscite.Itineq̃ primũ laborẽ q uel maximus est ĩ re militari Iud.& in
Sicilia maxie necessarius:accipite q̃ facilem sibi iste & iucũdũ rõne cõsilioq̃ reddiderit.Primũ tẽporibus hy
bernis ad magnitudinẽ frigoq̃ & ad tempestatũ uĩ ac fluminum pclaq̃ sibi hoc remedium cõparat.Vrbem
Syracusas elegerat:cuius hic situs atq̃ hæc natura esse loci cæliq̃ dicit:ut nullus unq̃ dies tã magna turbulẽ
taq̃ tempestate fuerit:qn aliquo tẽpore solẽ eius diei hoies uiderẽt.Hic ita uiuebat iste bonus Imperator hy
bernis mẽsibus:ut eum nõ facile nõ mõ extra tectum:sed ne extra lectũ qdem qsquã uideret:Ita diei breuitas
cõuiuiis noctis lõgitudo stupris & flagitiis cõterebat:Cũ ãt uer esse cœpat:cuius iniciũ iste nõ a Fauonio ne
q̃ ab aliquo austro notabat:sed cũ uiderat rosam tunc ĩcipere uer arbitrabat.dabat se labori atq̃ itineribus ĩ q
bus usq̃ eo se præbebat patientem atq̃ ĩpigq̃ ut eum nemo unq̃ ĩ equo sedentẽ uideret.Nã ut mos fuit Bi
thyniæ Regibus lectica acta foro ferebat:ĩ q̃ puluinus erat plucidus Melitẽsi rosa fartus.Ipse autem coronã
habebat unam ĩ capite alteram ĩ collo reticulũq̃ ad nares sibi appõebat tenuissimo lino minutis maculis ple
nũ rosæ.Sic cõfecto itinere cũ ad aliquod oppidũ uenerat:eadem lectica usq̃ ad cubiculũ deferebat.Eo uenie
bant Siculorum magistratus ueniebant Equites Roma.Id quod ex multis iuratis audietis: controuersiæ se
creto deferebant paulo post palam decreta auferebantur.Deinde ubi paulisper in cubiculo præcio nõ æqui
tate iura descripserat.Veneri iam & libero reliquum tempus deberi arbitrabatur.Quo loco mihi non
prætermittenda uidetur præclari Imperatoris egregia & singularis diligentia.Nam scitote esse oppidum in
Sicilia nullum ex iis oppidis in quibus Prætores consistere & conuentum agere solent: quo in oppido non
iste ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier esset.Itaque nonnullæ ex eo numero in con
uiuium adhibebantur palam.si quæ castiores erant:ad tempus ueniebant lucem conuentumque uitabant
Erant autem conuiuia non illo silentio.P.R.prætorum atq̃ iperatorum: neq̃ eo pudore q ĩ Magistratuũ
conuiuiis uersari solet : sed cum maximo clamore atq̃ conuitio:nõnunquam ẽt res ad manus atq̃ ad pu

bet atq; iperat. Hoc eo facit: ut ille nõ solum abesset a domo tum cum nauigaret. sed ét libenter cum magno honore beneficioq; abesset. Ipse aũt rmoto atq; obligato uiro nõ liberius q̃ ante: qs enĩ unq̃ istius libidini obstitit? sed paulo solutiore tamen aio secũ illã haberet: si nõ tanq̃ uirg; at tanq̃ æmulum remouisset Accipit nauem sociorũ atq; amicorũ Cleomenes Syracusanus. Quid primũ aut accusem: aut q̃rar Iud. Siculo ne homini legati Quæstoris. P. R. deniq; ptãtem honorẽ auctoritatẽ dari? Si te ipediebat ista cõuiuiorũ mulierũq; occupatio ubi q̃stores: ubi legati: ubi ternis denariis æstimatum frumẽtum: ubi muli: ubi tabernacula: ubi tot tãtaq; ornamẽta magistratibus & legatis. S. P. Q. R. pmissa & data? deniq; ubi pfecti & Tribuni tui. Si cuius. R. isto dignus negocio nemo fuit. Quid ciuitates q̃ i amicitia fideq; P. R. ppetuo manserant? Vbi Segestana: ubi Centuripina ciuitas: quæ tum officiis fide uetustate tum ét cognatione. P. R. nomen attingunt? O dii ĩmortales qd si hanc ipsarum ciuitatum militibus nauibus Nauarchus Syracusanus Cleomenes iussus est iperare. Non oĩs honos ab isto dignitatis æquitatis officiiq; sublatus est. Et quod in Sicilia bellum gessimus qn Centuripinis sociis Syracusanis hostibus uteremur? atq; hæc oĩa ad memoriam uetustatis nõ ad cõtumeliã ciuitatis referri uolo. Itaq; ille noster ciuis summus iperator. M. Marcellus cuius uirtute captæ misericordia conseruatæ sunt Syracusæ habitare i ea parte urbis quæ isula est: Syracusanum neminem uoluit: hodie inq̃ syracusanum i ea parte habitare nõ licet. Est. n. locus quem uel pauci possunt defendere. cõmittere igit eum non fidelissimis hoĩbus noluit: simul q; ab illa parte urbis nauibus aditus ex alto est. Quãobrẽ q nostros exercitus sæpe excluserant: iis claustra loci cõmittenda nõ existimauit. Vide qd intersit iter tuam libidinem maiorũq; auctoritatem. inter amorem furoremq; tuum & illorũ cõsilium atq; prudẽtiam. Illi additum littoris Syracusanis ademerunt. tum maritimum iperium cõcessisti. Illi habitari i eo loco Syracusanum quo naues accedẽre possent: noluerũt. tu classi & nauibus syracusanum præesse uoluisti. Quibus illi urbis suæ partem ademerũt: iis tu nostri imperii partem dedisti. & quorũ sociorũ opera syracusani nobis dicto audientes sunt: eos Syracusanis dicto audientes esse iussisti. Egredit Centuripina quadriremi Cleomenes e portu sequit Segestana nauis Tindaritana Herbitensis Heraclienſis Apollonienſis Halũtina. Præclara classis i specie sed inops & ifirma pp dimissionem ppugnatorum atq; remigum. Tam diu in impio suo classem iste Pr. diligens uidit: q̃ diu cõuiuium eius flagitiosissimum pteruecta est. Ipse autem q uisus multis diebus nõ esset: tum se tamen in conspectum nautis paulisper dedit. Stetit soleatus prætor. P. R. cum pallio purpureo: tunicaq; talari muliercula innixus in littore. Iam hoc ipso istum uestitu Siculi ciuesq; romani pmulti sæpe uiderũt. Postea q̃ paulum pducta classis est ad Pachinum qnto die deniq; appulsa est. nautæ coacti radices palmarũ agrestium q̃rum erat in illis locis sicut i magna parte siciliæ multitudo: colligebãt. & his miseri pditiq; alebant. Cleomenes aũt q alterum se Verrem tum luxuria atq; nequitia tum ét impio putaret: similiter totos dies i littore tabernaculo posito ppotabat. Ecce aũt repente ebrio Cleomene esurientibus cæteris nunciat piratarũ naues eẽ in portu Edissæ. Nam ita is locus noĩatur. Nostra autem classis erat i portu Pachini. Cleomenes ãt qd erat terrestræ præsi diũ nõ re sed noĩe spabat iis militibus quos ex eo loco deduxisset explere se numerũ nautarũ & remigiũ posse Reperta est eadem istius hoĩs auarissimi ratio in præsidiis quæ in classibus. Nam erant ppauci reliqui cæteriq; dimissi. Princeps Cleomenes i q̃driremi Centuripina malum erigi: uela fieri: præcidi anchoras impauit. & simul ut se cæteri sequerẽt: signum dari iussit. Hæc Centuripina nauis erat icredibili celeritate uelis. Nam scire isto Pr. nemo poterat. qd quæq; nauis remis facere posset & si in hac q̃driremi propter honorem & gratiam Cleomenis minime multi remiges & milites deerant. Euolarat iam e conspectu fere fugiens quadriremis cum etiam nunc cæteræ naues suo i loco moliebant. Erat animus in reliqs q̃q̃ erant pauci: quoquo mõ sese res habebat. pugnare tamen se uelle clamabant: & quod reliquum uitæ uiriũq; fames fecerat: id ferro potissimũ reddere uolebãt. Quod si Cleomenes nõ tanto ante fugisset: erat. n. sola illa nauis rostrata: & ita magna ut ppugnaculo cæteris posset: eẽ quæ si imprædonum pugna uersarẽt: urbis istar habere inter illos piraticos myoparones uideret. Sed nũc inops relicti a duce pfectoq; classis eũdẽ necessario cursum tenere cœperũt. Pelorũ uersus ut ipe Cleomenes: ita cæteri nauigabãt: neq; ita tũ prædonũ fugiebãt ipetũ: q̃ iperatorẽ seq̃bãt. Tũ ut quisq; in fuga postremus: ita periculo priceps erat. Postrema. n. quãq̃ nauẽ piratæ primã adoriebãtur. Itaq; prima haluntinorũ nauis capitur: cui perat Haluntinus hõ nobilis Philarcus quẽ ab illis pdonibus Locrẽses postea publice redemerunt. ex quo uos priore actiõe iurato rem omnem causamq; cognoscitis. Deinde Appollonienſis nauis capitur: & eius Præfectus Atropinus occidit. Dũ hæc aguntur iterea Cleomenes iã ad Pelori littus puenerat. iã sese in terra e naui eiecerat. q̃driremem q; i salo fluctantẽ reliq̃rat. Reliqui Præfecti nauiũ cũ in terrã Impator exisset: cũ ipi neq; repugnare: neq; mari effugere ullo modo possent appulsis ad Pelorũ nauibus Cleomenẽ prosecuti sunt. Tũc pdonũ dux Heracleo repenter præter spẽ non sua uirtute: sed istius auaritia nequitiaq; uictor ciassem pulcherrimã Po. ro. in littus expulsam & eiectã: cũ primũ aduesperasceret: inflammari incendiq; iussit. O tempus miserum atq; acerbum prouinciæ Siciliæ. O cãum illum multis inocentibus calamitosum atq; funestum. O istius nequitiam atq; turpitudinem singularem. Vna atq; eadẽ nox erat: qua Pr. amoris turpissimi flãma ac classis. P. R. prædonũ icendio conflagrabat. Affertur nocte itempesta grauis huiusce mali nũcius Syracusis curritur ad Prætoriũ. quo istũ e cõuiuio illo pclaro reduxerãt paulo ante mulieres cũ cantu atq; symphonia. Cleomenes quanq̃ nox erat: tũ in publico eẽ nõ audet. inclusit se domi: neq; aderat uxor: quæ cõsolari hoĩem in malis posset. Huius aũt pclari Imperatoris ita erat seuera domi disciplina: ut i re tanta in tã graui nuncius nemo admitteret. nemo esset: q auderet: aut dormiẽtẽ excitare: aut interpellere uigilãtẽ: lã uero re ab oĩbus cognita concursabat urbe tota maxĩa multitudo. Non. n. sicut antea consuetudo erat: pdonum aduentũ significabat ignis e specula sublatus: aut tumulo: sed flãma ex ipso incendio nauium & calamitatem acceptam & periculum reliquum nunciabat. Cum Pr. quæreret: &

constaret ei neminē nunciasse:fit ad domū eius cū clamore cōcursus atq; īpetus.Tū iste excitatus exir, audit rem oēm ex Timarchide.sagum sumit.lugebat iā fere ꝓcedit ī mediū uini summi stupri plenus. Excipit ab oībus huiusmōi clamorē ut ei Lāpasceni piculi similitudo uersāret ante oculos.Hoc ēt maius hoc uidebat: quod in odio simili multitudo hoīum hæc erat maxima:Tunc istius acta cōmemorabunt.tū flagitiosa illa cōuiuia.tū appellabant a multitudine mulieres noīatim:tū quærebat ex ipo palā tot dies cōtinuos per quos nūq; uisus eēt:qd ægisset? tū īperio ab isto præpositus Cleomenes flagitabat:neq; qcq; ē factū proprius:q; ut il lud Vticense exēplū de Hadriano transferet Syracusas ut duo sepulchra duorum Prætorum improbor dua bus ī ꝓuinciis cōstituerent.Ver habita ē a multitudīe rō tpis.habita ē tumultus habita ē dignitatis:æstima tionisq; cōmunis q; is ē cōuentus Syracusis ciuiū.R.ut nō mō illa ꝓuincia:uerūēt hac.R.pu.dignus existime tur.Cōfirmant īpi se:cum is ēt tum semisomnis stuperet.arma capiunt. totū for atq; insulā:quæ est urbis. magna pars:cōplent.unā illam solam noctē ꝑdōes ad pelor cōmemorari.cū sumātes ēt nostras naues reliqs sent:accedere incipiunt ad syracusas:cum uidelicet sæpe audissent:nihil esse pulchrius quam syracusar mœ nia ac portus.Statuerāt sese si ea Verre Pr.nō uidissent:nūq; esse uisuros.Ac primo ab illa æstiua Prætoris ac cedunt:ipsam illam ad partem littoris ubi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat quē postea q; inanē locum offenderunt:& Prætorem commouisse ex eo loco castra senserūt:statim sine ullo me tu in portū ipsum penetrare cœperūt.Cū ī portū dico Iud.Explanādū est enim diligentius eor cā qui locum ignorant:in urbem dico:atq; in urbis intimā partē uenisse piratas.Nō enim portu illud oppidū claudit.sed urbe portus ipse cingit & cōcludit.ut nō abluant a mari mœnia extrema sed influat in urbis sinum portus Hic te Pr.Heracleo Archipirata cū quattuor myoparonibus paruis ad arbitriū suum negauit. Proh dii im mortales piraticus myoparo cū imperium Populi Romani nomen ac fasces essent Syracusis usq; ad forum & ad omnes urbis crepidines accessit? Quo neq; Carthaginensium gloriosissime classes cum mari plurimū poterant:multis bellis sæpe conatæ nunq; aspirare potuerūt.Neq;.P.R.inuicta ante Præ.te gloria illa naualis unq; tot punicis sicilienſibusq; bellis penetrare potuit Qui locus eiusmodi ē ut ante Syracusani in mœnibus suis in urbe in foro hostē armatū ac uictorē q; in portu ullā hostiū nauē uiderēt.Hic te Pr.ꝑdonum nauiculæ peruagatæ sunt.quo.Athenienſiū classis sola post hoīum memoriā.ccc. nauibus ui ac multitudine iuasit.q; ī eo ipso portu loci ipsius portusq; natura uicta atq; superata est.Hic primū opes ipsius ciuitatis uictæ cōminu tæ depræssæq; sunt in hoc portu Athenienſiū nobilitatis īperii gloriæ nau ragiū factū existimat.Eo ne pira ta penetrauit quo simul atq; adeēt nō modo a latere sed ēt a tergo magnā partē urbis relinqueret Insulā totā præteruectus ē:quæ ē urbis magna pars Syracusis suo noīe ac mœnibus.quo ī loco maiores:ut ante dixi:Sy racusanū quenq; habitare uetuerunt q; qui illā partē urbis tenuerint:in eor potestatē portū futurū intelligē bant.At quēadmodū ꝑuagatus? radices palmar agrestiū quas ī nostris nauibus iuenerāt iacebāt.ut oēs isti us īprob tatē & calamitatē Siciliæ possent cognoscere siculos ne milites aratorum ne liberos quor patres tā tū labore suo frumenti exarabāt:ut.P.R.totiq; Italiæ suppeditare possent eos ne in insula Cereris natos ubi primū fruges inuentæ eē dicuntur:eo cibo eē usos:a quo maiores eor cæteros quoq; frugibus iuentis remo uerūt.Te.Pr.Siculi milites palmar stirpibus ꝑdones Siculo frumento alebāt.O spectaculū miser atq; acer bū ludibrio eē urbis gloriā.P.R.nomen hoīum cōuentu atq; multitudine piratico myoparone ī portu syra cusano de classe.P.R.triumphū agere piratā cū Prætoris nequissimi inertissimiq; oculos ꝑdonū remi resper gerent.Posteaq; portu piratæ nō metu aliquo affecti sed sacietate exierāt:tū cœperūt q̄rere hoīes cām illius tā tæ calamitatis.dicere oīs & palā disputare minime eē mirandum si militibus remigibusq; dimissis :reliquis egestate & fame perditis:Prætores tot dies cum mulierculis ꝓpotante tanta ignominia & calamitas eē acce pta.Hæc autē istius uituperatio atq; infamia cōfirmabatur eor sermone:quia suis ciuitatibus illis nauibus præpositi fuerant:qui ex illo numero reliqui syracusas classe amissa refugerant.Dicebant quos ex sua quisq; naui missos sciret eē Res erat clara neq; solū argumētis sed ēt certis testibus istius audacia tenebat homo cer tior fit agi nihil ī foro ī cōuentu toto die:nisi hoc q̄ri a Nauarchis quēadmodū classis esset amissa.Illos respō dere & docere unūquēq; missiōe remigum fame reliquor Cleomenis timore & fuga.Quod posteaq; iste co gnouit hāc rōnem cœpit habere cām sibi dicendā esse statuerat:Iam anteq; hoc usu uenerit ita ut īpm priore actione dicere audistis.Videbat illis nauarchis testibus tātū hoc crimē sustinere se nullo mō posse. Cōsilium capit primo stultum uerūtamē clemens.Cleomenē & Nauarchos ad se uocari iubet.ueniunt.Accusat eos q; huiusmodi de se sermones habuerint.rogat:ut id facere desistāt & ī sua qsq; naui dicat se tātum habuisse nau tarum q̄tum oportuerit neq; quēq; esse dimissum.Illi enimuero se ostendūt:quod uellent eē facturos.Iste nō ꝓcrastinat aduocat amicos:statim quærit ex his sigillatim quot quisq; nautas habuerit.Respondit unusqsq; ut erat ꝑceptum.Iste in tabulas refert.obsignat signis amicor ꝓuidens hō ut contra hoc crimen si q̄do opus esset:hac uidelicet testificatione uteret.Derisum credo esse hoīem amentem a suis cōsiliariis:& admonitum hasce ei tabulas nihil ꝓfuturas.ēt plus ex nimia prætoris diligentia suspitionis in eo crimine futur. Etiā iste erat hac stulticia multis ī rebus usus ut publice quoq; quæ uellet:in ciuitatum lris & tolli & referri iuberet:q; oīa nūc ītelligit sibi nihil ꝓdesse.Posteaq; certis lris testibus auctoritatibusq; cōuincit.ubi hoc uidet illor cō fessionē testificationē suā tabellas sibi nullo adiumento futuras:init cōsilium nō īprobi Pr.nā id qdem eēt fe rendum.sed importuni atq; amentis tyrrāni Statuit si hoc crimen extenuare uellet.nam oīno tolli posse non arbitrabat.Nauarchos oēs testes sui sceleris ita esse priuādos.Occurrebat illa rō qd Cleomeni fiet? potero ne aīaduertere in eos.quos dicto audientes eē iussi? missum facere eum cui impium potestatēq; ꝓmissi? potero ne eos afficere supplicio q Cleomenē secuti sunt? ignoscere Cleomeni:q secū fugere & conseq iussit:potero ne in eos esse uehemens q naues inanes nō mō habuerūt:sed ēt aptas? In eum dissolutus q solum habuerit con

ſtratam nauem & minus exinanitã? Pereat Cleomenes una ubi fides? ubi execratiões ubi dexteræ? ubi cõplexus? ubi illud cõtuberniũ mulieris militiæ in illo delicatiſſimo littore? fieri nullo mõ poterat: qn Cleomeni parceret? Cleomenẽ uocat: dicit ei ſe ſtatuiſſe aĩaduertere ĩ oẽs Nauarchos. ita ſui ꝓiculi rõnes ferre ac poſtulare. tibi uni parcã & totius iſtius culpæ crimẽ uitupationẽq; ĩcoſtantiæ potius ſuſcipiã q̃ aut in te ſim crudelis aut tot tã graues teſtes uiuos ĩcolumeſq; eſſe patiar. Agit gratias Cleomenes: approbat cõſilium dicit ita fieri oporteꝛ: admonet tamẽ illud qd̃ iſtũ fugerat: ĩ Phalarghũ Cẽturipinũ Nauarchũ nõ poſſe aĩaduerti ꝓpterea q; ſecũ una ĩ Centuripina q̃driremi fuiſſet. qd ergo iſte hõ ex huiuſmodi ciuitate adoleſcẽs nobliſſimuſ teſtis reliquet? In ꝓſentia inqt Cleomenes quoniã ita neceſſe ẽ. ſed poſt aliqd uidebimus: ne iſte nobis obſtare poſſit. Hæc poſteaq̃ acta & cõſtituta ſunt ꝓcedit iſte repente e ꝓtorio inflammatus ſcelere furore crudelitate ĩ forum uenit Nauarchos uocari iubet. Qui nihil metuerent nihil ſuſpicarent: ſtatim accurrunt. Iſte oĩbus miſeris innocentibuſq; inici cathenas imperat. Implorare illi fidem. P. R. & quare id faceret: rogare. Tunc iſte hoc cauſæ dicit quod claſſem prædonibus prodidiſſent: Fit clamor & admiratio populi tantam eſſe in homine impudentiam atque audaciã ut aut aliis cauſam calamitatis attribuere quæ omnis propter auaritiam ipſius accidiſſet: aut cum ipſe prædonum ſocius putaretur: aliis proditionis crimen inferret. Deinde hoc qntodecimo die crimen eſſe natum poſtquam claſſis eſſet amiſſa. Cum hæc fierent: quærebatur ubi eſſet Cleomenes non quo illum ipſum eiuſmodi eſſe quiſquam ſupplicio propter illud incommodum dignum putaꝛet. Nam quid Cleomenes facere potuit. non enim poſſum quenquam inſimulare falſo quid inquam magnopere potuit Cleomenes facere iſtius auaritia nauibus exinanitis? atque eum uident ſedere ad latus Pr. & ad aurem familiariter ut ſolitus erat: inſuſurrare. Tum uero omnibus ĩdigniſſimum uiſum eſt homines honeſtiſſimos electos ex ſuis ciuitatibus in forum atque in uincla coniectos. Cleomenem propter flagitiorum ac turpitudinis ſocietatem familiariſſimum aſſe Pr. Apponitur his tamen accuſator Neuius Turpio quidam qui. C. Sacerdote Pr. iniuriarum damnatus eſt homo bene appoſitus ad iſtius auaritiam quem iſte in decumis in rebus capitalibus in oĩ calũnia ꝓcurſoré habere ſolebat: & emiſſariũ. Veniũt Syracuſas parẽtes ꝓpinqq; miſeroꝝ adoleſcẽtiũ hoc repẽtino calamitatis ſuæ cõmoti nũcio uictos aſpiciũt cathenis liberos ſuos cũ iſtius auaritiæ pœnã collo & ceruicibus ſuis ſuſtinerẽt adſunt defendũt ꝓclamãt. fidẽ tuã: q̃ nuſq̃ erat nec unq̃ fuit: ĩploratãt. Pater aderat Dexio Tindaritanus hõ nobiliſſimus hoſpes tuus cuius tu domi fueras quẽ hoſpitẽ appellaras. Eum cum illa auctoritate & miſeria uideres ꝓditum non te eius lachrymæ nõ ſenectus non hoſpitii ius atqqe nomen a ſcelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit. Sed quid ego hoſpitii iura in hac tã immani belua commemoro? Quid Sthenium Thermitanum hoſpitem ſuum cuius domum per hoſpitium exhauſit & exinaniuit abſentem in reos rettulerit? cauſa indicta capite damnarit? ab eo nunc hoſpitiorum iura atque officia quæramus? Cum homine ennim crudeli nobis res eſt an cum fera atq; immani belua? Te patris lachrimæ de innocentis filii periculo non moueant cum patrem domi reliquiſſes filium tecũ haberes. Te neq; præſens filius de liberorum charitate neque abſens pater de indulgentia patria commouebat? Cathenas habebat hoſpes tuus Ariſteus Dexionis filius. Quid ita? prodiderat claſſem. quod ob præmium? deſeruerat exercitum. quid Cleomenes? ignauus fuerat. At eum tu ob uirtutem corona aurea donaras. dimiſerat nautas. ut ab omnibus tu mercedem miſſionis acciperes. Alter pater erat Herbitẽſis Eubulida homo domi ſuæ clarus & nobilis qui quia Cleomenem in defendendo filio læſerat: nudus pene eſt deſtitutus. Quid erat autem quod quiſquam diceret: aut defenderet? Cleomenem noĩare nõ licet. at cauſa cogit. morie re ſi appellaris. Nunq̃. n. iſte ẽ cuiq̃ mediocriter minatus. At remiges non erant Pr. tu accuſas? Frange ceruicẽ ſi neq; Præ. neq; prætoris æmullum apdellare licebit cũ in his duobus tota cauſa ſit: quid futuꝝ eſt? Dicit ẽt cauſam Heraclius Segeſtanus hõ domi ſuæ ſummo loco natus. Audite ut uĩa homanitas poſtulat lud. audietis. n. de magnis ĩ cõmodis iniuriiſq; ſocioꝝ. Hũc ſcitote fuiſſe Heracliũ ĩ ea cauſa q propter grauẽ morbũ oculorum tum cum nauigaret: & iuſſu eius qui poteſtatem habuit: in commeatu ſyracuſis remanſerit. Iſte certe neq; prodidit claſſem neq; metu perterritus fugit neq; exercitum deſeruit. Et. n. cum eẽt hoc animaduerſum: cum claſſis ſyracuſis ꝓficiſcebat iſte in eadem cã fuit quaſi eẽt in aliquo manifeſto ſcelere depræhẽſus. in quem ne falſo qdẽ cauſa cõferri criminis potuit. Fuit in illis Nauarchis. Heracliẽſis quidã Furius. Nã habent illi nonnulla huiuſcemodi latina noĩa homo q̃ diu uixit: domi ſuæ non ſolum poſt mortem tota Sicilia clarus & nobilis. in quo homine tantum animi fuit: non ſolum ut iſtum libere læderet. nam id quidem quoniã moriendũ uidebat ſine periculo ſe facere ĩtelligebat. Veꝝ morte propoſita cum lachrymans in carcere mater noctes dieſq; aſſideret: defenſionem ſuæ cauſæ ſcripſit quam nunc nemo eſt ĩ Sicilia qn habeat quin legat quin tu ſceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat. In q̃ docet quot a ciuitate ſua nautas acceperat quot & quanti quemq; dimiſerit: quot ſecum habuerit. Item de. Cæteris nauibus dicit. Quæ cum apd̃ te diceret: uirgis oculi uerberabantur. Ille morte propoſita facile dolorem corporis patiebatur. Clamabat: id quod ſcriptũ reliquit: facinus eſſe indignum. Plus impudiciſſimæ mulieris apud te de Cleomenis ſalute quã de ſua uita lachrymas matris ualere. Deinde etiam illud uideo eſſe dictum quot ſi recte uos Po. ro. cognouit non falſo ille iam in ipſa morte de uobis præiudicauit. non poſſe Verrem teſtes interficiendo crimina ſua extinguere. grauiorem apud ſapientes iudices fore ab inferris teſtem quã ſi uiuus in iudicium produceret. Eũ auaritiæ ſolum ſi uiueret nunc cum ita eſſet necatus ſceleris audaciæ crudelitatis teſtem fore. Iam illa præclara non modo teſtium cateruas cum tua res ageretur: ſed tum a diis manibus innocentium pœnas ſceleratorũq; furias in tuum iudiciũ eſſe uenturas. Seſe ideo leuiorem caſum ſuum fingere q; iam ante aciem ſecuriũ tuarũ ſextiq; tui carnificis uultum & manum uidiſſet. Cum in conuentu ciuium Ro. iuſſu tuo ſecuri ciues Ro. ferirentur. Ne multa. lud. libertate q̃ uos ſociis dediſtis: hac ille ĩ acerbiſſimo ſupplicio miſerrimæ ſerui/

tutis abusus est.Cōdemnat oēs de consilii snia.tamē neq; iste in tanta re tot hoīum cā.P.Vectiū ad se accersit quæstorē suū cuius consilio uteretur.neq;.P.Seruium talē uir legatū q quia Legatus isto Pr.in Sicilia iuit primus ab isto iudex reiectus ē:sed de latronū hoc est de comitū suoꝝ snia cōdemnat oēs.Hic cuncti Siculi fidelissimi atq; antiquissimi socii plurimis affecti beneficiis a maioribus nostris grauiter cōmouent:& de suis periculis fortunisq; oībus ptimescūt.Illā clementiā māsuetudinēq; nostri impii in tantā crudelitatē īhumanitatēq; eē cōuersam cōdēnari tot hoīes uno tēpore nullo crimine.Defensionē suoꝝ furtoꝝ Pr.improbū ex indignissima morte innocentium quærere.Nihil addi iā uidet.Iud.ad hanc īprobitatem amentiā crudelitatem q; posse.& recte nihil uidet.Nā si cum alioꝝ īprobitate certet longe oēs multūq; supabit.sed secum ipse certat id agit :ut semp supius suū facinus nouo scelere uincat.Phalargū Centuripinū dixerā exceptū esse a Cleomene q; ī eius quadriremi Cleomenes uectus eēt:tū qa ptimuerat adolescens q; eandē suā cām uidebat esse q̄ illoꝝ q innocentes pibant:ad hoīem accedit Timarchides a securi negat esse ei piculū.uirgis ne cederet monet ut caueret Ne multa ipm dicere adolenscentē audistis se ob hunc uirgaꝝ metū pecuniā Timarchidi numerasse.Leuia sunt hæc in hoc reo crimina:metū uirgaꝝ Nauarchus nobilissimæ ciuitatis præmio redemit humanum.alius ne condemnaret pecuniam dedit.usuraꝝ est.Non uult.P.R.obsoletis criminibus accusari Verrem noua postulat inaudita desiderat.Nō de Pr.Siciliæ sed de crudelissimo tyrāno fieri iudicium arbitratur.Includunt in carcerē condēnati suppliciū constituit in illos sumit de miseris parentibus Nauarchoꝝ adire ad filios suos ꝓhibent.liberis suis cibū uestitūq; introferre.Patres hi quos uidetis :iacebāt in limine.matresq; miseræ pernoctabāt ad hostiū carceris ab extremo cōplexu liberoꝝ exclusæ.q̄ nihil aliud orabāt nisi ut filioꝝ extremū spūm excipe sibi liceret.Aderat ianitor carceris.carnifex.Pr.mors terrorq; socioꝝ & ciuiū lector Sestius cui ex omnium gemitu doloreq; certa merces cōparabat.Ait ad eas tātū dabi ut cibū tibi ītroferre liceat:tātū nemo recusabat qd ut uno ictu securis afferā morte filio tuo? qd dabis:ne diu crucietur ?ne sæpius feriat? ne cū sensu doloris aliquo aut cruciatu spūs auferat? Etiā ob hāc cām pec.lictori dabat.O magnū atq; ītollerādū doloré o graué arerbāq; fortunā nō uitā liberoꝝ sed mortis celeritatem præcio redimere cogebant parentes.At ipsi etiā adolescentes cum Sestio de eadē plaga & de uno illo ictu loq̄bantur:idq; postremū parētes suos liberi orabāt ut leuādi cruciatus sui gratia pecunia lictori daretur .Multi & graues dolores inuenti parentibus & ꝓpinquis multi.uerūtamē mors sit extrema:nō erit.Est ne aliqd ultra quo crudelitas ꝓgredi.possit? reperietur.Nā illorum liberi cū erunt securi percussi ac necati corpora feris obuientur.Hoc si luctuosum est parenti redimat præcio sepeliēdi ptātem.O nasum Segestanum hoīem nobilem dicere audistis se ob sepulturā Heraclii Nauarchi pecuniā Timarchidi numerasse:hoc ne possis dicere? Patres.n.ueniunt amissis filii irati.uir primarius hō nobilissimus dicit:neq; de filio dicit.Iā hoc qs tū fuit Syracusis q non audierit? qn sciat:has ꝑ Thimarchidem pactiones sepulturæ cū uiuis etiā illis eē factas.nō palā cum Timarchide loquebantur? non oēs hoīum ꝓpinqui adhibebantur? nō pālā uiuorum funera locabantur? Quibus rebus oībus actis atq; decisis pducuntur e carcere & deligantur ad palū.Quis tā fuit illo tēpore durus & ferreus quis tā inhumanus præter unum te qui non illorum ætate nobilitate miseria commoueretur? Et quis fuit quin lachrymaretur? quin in calamitatem putaret illorum ut fortunam tamen nō alienam periculum autem commune agi arbitraretur.Feriuntur securi.Lætaris tu in omnium gemitu: & Triumphas. Testes auaritiæ tuæ gaudes esse sublatos Errabas Verres:& uehementer errabas .Cum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum sociorum innocentum sanguine luere arbitrabare præceps amentia ferebare qui te existimares auaritiæ uulnera crudelitatis remediis posse sanare.Etenim q̄q̄ illi sunt mortui sceleris tui testes tamen propinqui neque tibi desunt.Tamen ex illo ipso numero nauarchorum aliqui uiuunt:& adsunt:quos ut mihi uidetur ab illorum innocentium pœna fortuna ad hanc causam reseruauit. Adest Philarchus Haluntinus qui quia cum Cleomene non nauigauit . Oppressus a prædonibus & captus est. Cui calamitas saluti fuit.Qui nisi captus a piratis esset:in hunc prædonem sociorum īcidisset.Dicet is ꝓ testimonio demissione nautaꝝ de fame de Cleomenis fuga.adest Centuripinis Philargus in amplissima ciuitate amplissimo loco natus.eadem dicit.nulla in re discrepat.Per deos īmortales Iud.quo tādem aīo feretis aut hæc quemadmodum auditis? Vtrum ego desipio & plusq; satis opus est:doleo ī tāta calamitate miseriaq; socioꝝ? An uos quoq; hic acerbissimus īnocentiū cruciatus & mœror pari sensu doloris afficit? Ego.n.cū Herbitēsem cum Geraclienſem secuti eē pcussum dico uersat mihi ante oculos īdignitas calamitatis. Eoꝝ ne populoꝝ ciues eoꝝ ne agroꝝ colonos ex qbus maxīa uis frumēti quot annis plebi romanæ illoꝝ opis ac laboribus q̄ritur. Qui a parentibus spe nostri impii nostræq; ætatis suscepti educatiq; sunt:ad.C.Verris nefariā īmanitatē & ad eius securem funestā esse seruatos? Cū mihi Tyndaritani illius uenit ī mētem cū Segestani tum iura smul ciuitatū atq; officia cōsidero.Quas urbes.P.Africanus ēt ornādas eē spoliis hostiū arbitratus ē:eas.C. Verres nō solū illis ornamētis sed ēt uiris nobilissimis nefario scelere priuauit.En qd Tyndaritani libenter p̄dicent: nos ī septēdecim populis Siciliæ nō eramus nos semp in oībus punicis Siciliensibusq; bellis amicitiā fidēque P.R.secuti sumus a nobis oīa.P.R.semp & belli adiumenta & pacis ornamenta administrata sunt.Multum uero hæc his iura ꝓfuerūt ī istius īperio ac potestate.Vestros quodā nautas cōtra Carthaginem Scipio duxit At nunc naues cōtra p̄dones pene inanes Cleomenes ducit.Vobiscum Africanus hostium spolia & p̄mia laudis cōmunicauit.At nunc ꝑ me spoliati naue a p̄donibus abducta ipsi in hostium numero locoq; ducemini. Quid uero illa segestanoꝝ nō solum litteris tradita neq; cōmemorata uerbis:sed multis officiis illoꝝ usurpata & cōprobata cognatio quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit? Nempe hoc fuit iure Iud.ut ex sinu patris nobilissimus adolescens & e cōplexu matris ereptus īnocens filius carnificis exi

tio dederetur.Cui ciuitati maiores nostri maximos agros atq; optimos concesserunt:q̃ ĩmunem esse uoluerunt.Hæc ãt apud te cognationis fidelitatis uetustatis auctoritatis ne hoc quidem iuris obtinuit: ut unius honestissimi atq; ĩnocentissimi ciuis morte & sanguiné deprecaret.Quo confugient socii? qué ĩplorabũt? qua spe denicq; ut uiuere uelint tenebuntur.Si uos eos deseritis ad senatum deuenient qui de Verre suppliciũ sumãt:nõ est uisitatũ nõ senatorium ad.P.r.cõfugiẽt facilis é cã populi legé.n.sociorũ cã iussisse & eis legis cu stodes ꝓposuisse dicit.Hic locus é igit unus quo ꝓfugiãt hic portus hic arx:hæc ara sociorũ quo qdẽ nunc nõ ita cõfugiunt:ut antea ĩ suis repetẽdis rebus solebãt nõ argẽtum nõ aurũ nõ uestẽ nõ mãcipia repetunt nõ ornamẽta q̃ ex urbibus ex fanisq; erepta sunt.Metuunt hoies ĩperiti,ne iã hoc.P.R.cõcedat:& ita fieri uelit patimur.n.iam muttos & silemus:cũ uideamus ad paucos hoies oẽs oium nationum pecunias peruenisse quod eo magis ferre æquo aio atq; cõcedere uidemur:quia nemo istorũ dissimulat nemo laborat: ut obscura sua cupiditas eẽ uideatur:ĩ urbe nostra pulcherria atq; ornatissima:quod signum q̃ tabula picta é? q̃ nõ ab hostibus uictis capta atq; asportata sit? At istorũ uillæ sociorũ fidelissimorũ & plurimis & pulcherrimis spoliis ornatæ refertæq; sunt.Vbi pecunias exterarũ natiõum eẽ arbitramini? qbus nunc oẽs egẽt:Cum Athenas Pergamum Cyzicũ Miletum Chiõ Samõ totã denicq; Asiã Achaiã Græciã Siciliã iã ĩ paucis uillis ĩclusas eẽ uidetis:si hæc ut dico oia iã socii uestri relinquunt & negligunt Iu.ne publice a.P.R.spoliarẽt officiis ac fide proiuderunt:paucorũ cupiditatum cum obsistere nõ poterãt tamẽ sufficere aliquo mõ poterãt:nunc uero iã adẽpta é nõ mõ resistẽdi uerumetiã suppeditãdi facultas.Itaq; res suas negligunt pecunias:quo noie iudiciũ hoc appellat nõ petunt relinquunt:& negligunt:hoc iã ornatu ad uos cõfugiunt.Aspicite aspicite Iu.squaloré sordesq; iocorũ é sthenius hic Thermitanus cũ hoc capillo atq; uestẽ domo sua tota expilata mẽtionẽ tuorũ furtorũ nõ facit:sese ipsum abs te repetit:nihil amplius.Totum.n.tua libidíe & scelere ex sua patria ĩ qua multis uirtutibus & beneficiis floruit priceps sustulisti.Dexio hic qué uidetis:nõ q̃ publice Tyndari nõ q̃ priuatĩ sibi eripuisti:sed unicum miser abs te filium optimum atq; ĩnocẽtissimũ flagitat:nõ ex litibus æstimatis tuis: pecuniã domũ:sed ex tua calamitate cineri atq; ossibus filii sui solatium uult reportare:hic iã grãdis natu Eubolida hoc tãtum exacta ætate laboris itineriscq; suscepit:ut nõ aliqd ex huius bonis exurparet ĩ qbus oculis cruentas ceruices filii sui uiderat iisdẽ te cõdemnatum uideret:si per.L.Metellum licitum eẽt Iud.matres illorũ uxores sororesq; ueniebãt:quarũ una cum ego ad Heracliã noctu accederẽ:cum oibus matrõis eius ciuitatis & cum multis facibus mihi obuiã uenit:& ita me suã salutẽ appellãs te suũ carnificẽ nominãs filii nomẽ ĩplorãs mihi ad pedes misera iacuit:q̃si ego excitare filium eius ab iteris possem:faciebãt hoc idẽ ĩ cæteris ciuitatibus grãdes natu matres & item paruuli liberi miserorũ quorũ utrorũq; ætas laborẽ & industriã meam fidẽ & misericordiã uestrã requirebãt.Itaq; ad me Iu.ꝓter cæteras hãc quærimoniã sicilia detulit lachrymis. Ego ad hoc nõ gloria iductus accessi:sed ne falsa dãnatio ne carcer ne catheuæ ne uerbera ne secures ne cruciatus sociorũ ne sanguis ĩnocẽtiũ ne denicq; ẽt exanguiũ corpora mortuorũ ne mœror parentum ac ꝓpiquorum magistratibus nostris q̃stui posset eẽ.Hunc ego si metũ siciliæ dãnatiõe istius per uestrã fidẽ & uirtutẽ deiecero.Iud.satis officio meo satis illorũ uoluntati q a me hoc petiuerunt:factũ eẽ arbitror.Quapp si quem: forte inueneris q hoc nauale crimẽ conet defendere ista defendat:illa cõia quæ ad cãm nihil pertinet prætermittat me culpã fortunæ assignare calamitatẽ crĩ dare me amissonẽ classis obiicere cũ multi uiri fortes ĩ cõmuni ĩcertoq; periculo belli & terra & mari sæpe offenderint.Nullã tibi obiicio fortunã nihil é quod cæterorum res minus commode gestas proferas:nihil est.Quod multorum naufragia fortunæ colligas.ego naues inanes fuisse dico rẽiges nautasq; dimissos :reliquos stirpidus uixisse palmarũ ꝓfuisse classi.Po.Ro.Siculũ ꝓpetuo sociis: atque amicis Syracusanum. Te ipso illo tempore superioribusque diebus omnibus in littore: cũ mulierculis præportasse dico.Harũ rerũ omnium auctores testesque produco. Num tibi insultare in calamitate num inercludere perfugium fortunæ:Num casus:bellicos exprobare aut obiicere uideor. Tametsi solent hi fortunam sibi obiici nolle:qui se fortunæ commiserunt qui in eius periculis sunt ac uariete uersati istius quidem calamitatis tua Fortuna particeps non fuit homines enim in præliis non in cõuiuiis belli fortunam tentare ꝓditari solẽt:ĩ illa ãt calamitate nõ martẽ fuisse cõem:sed Venerẽ possumus dicere.Quod si fortunã tibi obiicere nõ oportet cur tu fortunæ illorũ innocẽtiũ ueniã ac locũ dedisti? Etiam illud ꝓdicas licet q; suppliciũ more maiorũ sumpseris securiq; percusseris iccirco a me ĩ crimẽ & inuidiã uocari.Non in supplicio crimen meum uertitur,Non ego securi nego quenquam feriri debere non ego metum ex re militari non seueritatem imperii non pœnam flagitii tolli dico uportere.Fateor non modo in socios: sed etiam in ciues militesque nostros per sæpe esse uere ac uehementer uindicatum. Qua re hæc quoque ꝓtermittas licet. Ego culpam non in Nauarchis: Sed in te fuisse de monstro: præcio milites remigesque dimisisse arguo: Hoc Nauarchi reliqui dicunt. Hoc Netinorum fœderata ciuitas publice dicit.Hoc Herbitẽses hoc Amestratini. Hoc Etinenses. Hoc Agyrinenses Thydaritani Locrenses publice dicunt. Tuus denique testis tuus imperator tuus hospes Cleomenes hoc dicit sese in terra esse proiectum.Vt pachyno & terre stri præsidio milites colligeret:quos in nauibus collocaret: quod certe non fecisset: si suum numerum naues haberent. Ea est enim ratio instructarum nauium ornatarumque ut non modo plures: sed ne singuli quidem possint accedere. Dico præterea illos ipsos reliquos nautas fame atque inopia rerum omnium confectos fuisse ac perditos.Dico aut omnes extra culpã fuisse aut si uni attribuenda culpa sit:in eo maximam fuisse qui optimam nauem plurimos nautas haberet summum imperium obtineret aut si oẽs in culpa fuissent non oportuisse Cleomenem constitui spectatorẽ illorũ mortis atq; cruciatus.Dico ẽt ĩ illo supplicio mercedẽ lachrymarũ mercedẽ uulneris atq; plagæ mercedẽ funeris ac sepulturæ constitui nefas fuisse. Quapro-

pter si mihi respōdere uoles hoc dicito classem instructā atq; ornatā fuisse nullū ꝓpugnatorē abfuisse nullū: uacuū tractū eē remū rē frumētariā eē suppeditatā mētiri Nauarchos: mētiri & tā graues ciuitates mētiri eti am & siciliā totā proditū eē te a Cleomene q se dixerit exisse in terram ut pachyno deduceret milites animū illis nō copias defuisse. Cleomenē accerrime pugnātē ab his relictū eē atq; defertū: nūmū ob sepulturā datū nemini. Quæ si dices tenebre sin alia dices: quæ a me dicta sunt nō refutabis: hic tu ēt dicere audebis? est ī lu/ dicibus ille familiaris meus & paternus amicus ille nō ut quisq; maxīe ē q cū tibi aliqd sit: ita te huiuscemodi crīe maxīe eius pudet: paternus amicus ē: ipse pater si iudicaret per deos īmoreales qd facere posset cum tibi hoc diceret. Tu ī prouicia po.ro.pr.cū tibi Maritimū bellū eēt administrādū. Mamertinis ex fœdere quā de/ berēt nauē ꝑ triēniū remisisti tibi apd' eosdē priuatī nauis oneraria maxima publice ē ædificata tu a ciuitati/ bus pecunias classis noīe coegisti. Tu ꝑcio remiges dimisisti. tu cū nauis eēt a Quæstore & ab Legato capta ꝑ donum archipiratam ab oīum oculis remouisti. Tu ciues Ro. qui eē dicerent' q a multis cognosceret' : securi ferire potuisti. Tu tuā domū piratas abducere ī iudiciū archipiratā domo ꝓducere ausus es: tu ni ꝓuicia tam splēdida apd' socios fidelissimos. Ci.ro. honestissimos ī metu piculoq; ꝓuiciæ dies cōtinuos cōplures ī litto/ re conuiuiisq; incauisti. Te ꝑ eos dies nemo domi tuæ cōuenire: nemo ī foro uidere. potuit. Tu socioꝝ atque amicoꝝ ad ea cōuiuia matrestamilias adhibuisti. Tu iter eiusmōi mulieres ꝑtextatū tuū filiū nepotē meum collocauisti ut ætati maxīe lubricæ atq; īcertæ exēpla neqtiæ parētis uita ꝑberet. Tu prætor ī prouincia cum tunica pallioq; purpureo uisus es: tu ꝓp amorē libidinēq; tuā īpiū nauiūq; legato Po.ro. ademisti. syracusano tradidisti. Tui milites ī prouicia siciliæ frugibus frumētoq; caruere. Tua luxuria atq; auaricia classis. P.R.a ꝑ dōnibus capta atq; īcēsa ē. Post Syracusas cōditas quē ī ꝑtortū nunq; hostis accesserat ī eo te. Pr. primū piratæ nauigauerunt. Neq; hæc tot tātaq; dedecora dissimulatiōe tua neq; obliuiōe hoīum ac taciturnitate tegēt uo luisti: sed ēt nauiū ꝑfectos sine ulla cā de cōplexu parētū suoꝝ hospitūq; tuoꝝ ad mortē cruciatūq; rapuisti: neq; ī parentū luctu atq; lach ymis te mei nominis cōmemoratio mitigauit. Tibi hoīum īnocentiū sanguis nō mō uoluptati sed ēt q̄stui fuit. Hæc si tibi tuus parens diceret posses ab eo ueniā petere? posses ut tibi igno sceret postulare? Satis est factum Siculis satis officio ac necessitudini Iud. satis ꝓmisso nostro ac recepto. Reli qua est ea cā Iud. q̄ nō iā recepta: sed ī nata: neq; delata ad me: sed in anima sensuq; meo penitus affixa atq; insi ta ē: quæ nō ad socioꝝ salutē: sed ad ciuium Ro. hoc ē ad uniuscuiusq; uitā & sanguinē ꝑtinet. In qua nolite a me q̄si dubiū sit aliqd argumēta Iud. expectare. Oīa quæ dicā de supplicio ciuiū Ro. sic erūt clara & illustria: ut ad ea probanda totā siciliā testē adhibere possim. Furor. n. qdā sceleris & audaciæ comes istius effrenatum aīum īportunāq; naturā tāta oppressit amentia: ut nūq̄ dubitaret ī cōuentu palā supplicia quæ ī cōuictos male ficii seruos cōstituta sunt: ea ī ciues Ro. expromere uirgis q̄ multos ceciderit: qd ego cōmemorē. Tātū breuis sime dico Iud. nullū fuit oīo isto Pr. ī hoc genere discrimē. Itaq; iā cōsuetudīe ad corpora ciuiū Ro. ēt sine isti us nutu ferebat' manus ipsa lictoris. Nū pōt hoc negare Verres? ī foro Lilybei maxīo cōuentu. C. Seruiliū ci/ uē. Ro. ī cōuentu Panormitano ueterē negociatorē ad tribunal ante pedes tuos ad terrā uirgis & uerberibus abiectū? aude hoc primū negare si potes. Nemo lilybei fuit: qn uiderit nemo in sicilia qn audierit. Plagis con fectum dico a lictoribus tuis ciuē Ro. ante oculos tuos cōcidisse. Ob quā cām dii īmortales. tametsi iniuriā facio cōī causæ & iuri ciuitatis q̄si. n. possit eē ulla cā cur hoc cuiq̄ ciui Ro. iure accidat ita quæro q̄ causa ī Ser/ uilio fuerit. Ignoscite ī hoc uno Iud. ī cæteris. n. nō magnope causas reqrā. Locutus erat liberius de istius im/ probitate atq; neqtia q; isti simul ac renūciatū ē hoīem iubet lilybeū uadimoniū Venerio seruo ꝓmittere ꝓ/ mittit. Lilybeū uenit' cogere eū cœpit cū ageret nemo postularet. HS. duobus spōsionē facet' cū lictore suo ne furtis q̄stum faceret. Recuperatores de cohorte sua dicit datuꝝ Seruilius & recusare & deprecari ne iniqs iu/ dicibus nullo aduersario iudicium capitis ī se cōstituerēt. Hæc cum maxīe loquerēt sex lictores circūsistunt ualentissimi & ad pulsandos uerberandosq; hoīes exercitatissimi cædunt accerrīe uirgis: Deniq; ꝓximus li/ ctor de quo sæpe iā dixi Sestius cōuerso bacillo oculos misero tundere uehemētissime cœpit. Itaq; illi cū san/ guis os oculosq; cōplesset cōcidit. cū illi nihilomīus iacēti latera tunderēt. ut aliq̄do spōdere se diceret: sic ille affectus illīc tum ꝑ mortuo sublatus breui postea ē mortuus. Iste āt hō Venerius & affluens oī lepore & ue tustate de bonis illius argenteū Cupidinē ī æde Veneris posuit: sic ēt fortunis hoīum abutebat' ad nocturna uota cupiditatū suaꝝ. Nā qd ego de cæteris ciuiū Ro. suppliciis sigillatī potiusq̄ generatī atq; uniuerse loq̄r? Carcer ille q ē a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis quæ Lautumiæ uocāt' in istius īperio domi ciliū Ro. fuit ut q̄sq; istius aīum aut oculos offenderat ī lautumias statī coniiciebat'. Indignū hoc uideo uide ri oībus Iud. & id iam priore actiōe cum hæc testes dicerēt: itellexi. Retineri. n. putatis oportere iura liberta/ tis nō mō hic ubi tribunipleb. sunt: ubi cæteri Magistratus ubi plenum forum iudiciorum ubi senatus au/ ctoritas ubi existimatio Po. Ro. & frequentia sed ubicūq; terraꝝ & gentium uiolatum ius cinium. R. sit. sta tuistis id pertinere ad cōmunem causam libertatis. In externorum hominum & maleficorum sceleratorū/ que in prædonum hostiumq; custodias tu tantum numerum ciuium Ro. includere ausus es? Nunquam ne tibi iudicii nunquam concionis nunquam huius tantæ frequentiæ. Quæ nunc animo te iniquissi/ mo infestissimoque intuetur. Venit in mentem? Nunquam tibi Popu. Roma. dignitas absentis nun quam species ipsa huiuscemodi multitudinis in oculis animoq; uersata est? Nunq̄ te in horum conspectu rediturum nunquam in forum Popu. Roma. uenturum nunquam sub legum & iudiciorum casurum esse potestatem putasti? At quæ erat ista libido crudelitatis exercēdæ? Quæ tot scelerū suscipiendoꝝ causa: nulla Iud. præter prædandi nouam singularemq; rationem. Nam ut illi quos a poetis accepimus qui sinus quosdam obsedisse maritimos aut aliqua promuntoria aut prærupta saxa tenuisse dicuntur ut qui essent appulsi nauigiis interficere possent: sic iste in oīa maria infestus ex omnibus Siciliæ partibus imminebat.

Quæcunq; nauis ex Asia quæ ex syria quæ tyro quæ alexandria uenerat statim certis Indicibus & custodi/
bus tenebatur uectores omnes in lautumias coniiciebátur onera atq; merces in prætoriam domum defere
bantur. Versabatur in sicilia longo interuallo alter nō Dionysius: ille nec Phalaris. Tulit enim illa quondam
insula multos: & crudeles tyrannos: sed quoddam nouum monstrum ex uetere illa immanitate quæ in iis/
dem locis uersata esse dicitur. Non enim Charybdin tam infestam neque Scyllam nautis quam istum in eo
dem freto fuisse arbitror. Hoc etiam iste infestior: q; multo se pluribus & maioribus canibus succinxerat. Ci
clóps alter multo importunior: Hic enim totam insulam obtinebat ille Etnam solam & eam siciliæ partem
tenuisse dicitur. At quæ causa tum subiiciebatur ab ipso Iu. huius tam nefariæ crudelitatis? eadem quæ nūc
in defensione commemorabitur. Quicunq; accesserant ad Siciliam paulo pleniores: eos Sertorianos mili/
tes esse atque a Dianio fugere dicebat. Illi ad deprædandum periculum proferebant: alii purpuram Tyriem:
Thus alii atque odores uestemq; linteam gemmas alii & margaritas uina nonnulli græca uenalesque asiati/
cos ut intelligeretur ex mercibus quibus locis nauigarent. Non intelligebant eas ipsas sibi causas esse pericu/
li quibus argumentis se ad salutem uti arbitrabantur. iste enim hæc eos ex piratarum societate adeptos esse
dicebat ipsos in lautumias adduci imperabat naues eorum atq; onera diligenter asseruanda curabat: his isti
tutis cum completus iam mercatorum carcer esset tum illa fiebāt quæ. L. Suctium Equitem Roma. lectissi
mum uirum dicere audistis quæ cæteros audietis ceruices in carcere frangebantur indignissime ciuium ro
ma. ut etiam illa uox & illa imploratio ciuis Ro. sum quæ sæpe multis in ultimis terris opem inter Barba/
ros: & salutem tulit ea mortē illis acerbiorē & suppliciū maturius ferret. Quid ē Verres: qd ad hæc cogitas?
respondere num mentiri me num fingere aliquid? num agere crimen num quid horum dicere istis defen/
soribus tuis audes? Cædo mihi quæso ex ipsius sinu litteras syracusanorum quas iste ad arbitrium suū con
fectas esse arbitrabatur. Cædo rationem carceris: quæ diligentissime conficitur quo quisq; die datus in custo
diam quo mortuus quo necatus sit. LITTERAE SYRACVSANORVM. Videtis ciues Roma. gregatim
coniectos in lautumias? uidetis indignissimo in loco coaceruatam multitudinem nostrorum ciuium? quæ
rite nunc uestigia prius quibus exitus illorum ex illo loco compareāt: nulla sunt omnes ne mortui si ita pos/
set defendere tamen fides huic defensioni non haberetur? Sed scriptum: erat in iisdem litteris quod iste ho/
mo barbarus ac dissolutus neq; attēdere unq; neq; ītelligere potuit.

Inquit hoc est ut siculi loquuntur: supplicio affecti ac necati sunt. Si quis Rex si qua ciuitas exterarum gen
tium si qua natio fecisset aliquid in ciuem. Roma. Eiusmodi non ne publice uindicaremus non bello persequeremur possemus hanc iniuriam ignominiamq; nominis. R. inultam īpunitamq; dimittere. Quot bella maiores nostros & quanta suscepisse arbitramini: quod ciues Roma. iniuria affecti q; nauicularii retenti q; mercatores spoliati dicerentur? At ego retentos non quæror spoliatos ferundum puto nauibus mancipiis: mercibus ademptis inuincla coniectos esse mercatores & in uinculi ciues ro. necatos esse arguo. Si hæc apd Scythas dicerem: non hic in tanta multitudine ciuium Roma. non apud Senatores lectissimos ciuitatis nō in foro Popu. Roma. De tot & tam acerbis suppliciis ciuium Roma. Tamen animos etiam barbarorum ho minum permouerem. Tanta enim huius imperii amplitudo tanta nominis Roma. dignitas est apud om/ nes nationes ut ista in nostros homines crudelitas nemini cōcessa uideatur. Num ego tibi ullam salutem ul/ lum perfugium putem cum te implicatum seueritate iudicum circunuentum frequentia Popu. Roma. esse uideam? si me hercules id quod fieri intelligo non posse ex his laqueis te exueris ac te aliq; ui ac ratione expli caris in illas tibi maiores plagas incendium est: in quibus te ab eodem me superiore ex loco confici & conci/ di necesse est. Cui si etiam id quod defendit uelim concedere tamen illa ipsa defensio non minus esse ei per niciosa q; mea uera accusatio debeat quid enim defendit? Ex hispania fugientes se excepisse & supplicio affe/ cisse dicit. Quis tibi id permisit: quo id iure fecisti: quis idem fecit: qui tibi facere licuit. Eorum plenum: & basilicas istorum hominum uidemus: & animo æquo uidemus. Ciuilis enim dissensionis & siue amentiæ siue fati seu calamitatis non est iste molestus exitus in quo reliquos saltem ciues incolumes licet conseruare Verres ille uetus proditor Consulis translator. Quæsturæ auersor pecuniæ publicæ tantum sibi auctorita/ tis in rebub. suscepit: ut quibus hominibus per Senatum per Popu. Roma. per omnes magistratus in foro: in suffragiis in hac urbe in Repub. uersari liceret iis omnibus. mortem acerbam crudelemq; proponeret: Si fortuna eos ad aliquam partem siciliæ detulisset ad Gn. Pompeium. C. L. V. & fortissimum permulti occiso Perpenna ex illo Sertoriano numero militum confugerunt. quem non ille summo cum studio saluum in/ columēq; seruauit. Cui ciui supplicii non illa dextera inuicta & fidem porrexit & spem salutis ostendit? Ita ne uero quibus fuit portus apud eum contra quem arma tuleret iis apud te cuius nullum in Repub. unquā monumentum fuit mors & cruciatus erat constitutus. Vide quam commodam defensionem excogitaris. Malo me hercules id quod tu defendis hic iudicibus Popu. q; Roma. q; id quod ego insimulo probari malo inq; te isti generi hoīum q; mercatoribus & nauiculariis inimicū atq; īfestū putari: Meum. n. crimen auaricie te nimium coarguit. Tua defensio furoris cuiusdā & īmanitatis & inauditæ crudelitatis & pene nouæ pscri ptiōis: sed non licet me isto tanto bono lud. uti non licet adsunt enim Puteoli toti frequentissimi uenerunt ad hoc iudicium mercatores homines locupletes atque honesti qui partim socios suos partim libertos ab isto spoliatos in uincula coniectos partim in uinculis necatos partim securi percussos esse dicent. Hic uide q; me sis usurus æquo: cum ego Grauium testem produxero qui suos libertos a te securi percussos esse dicat: q; a te nauem suam mercesque repetat: Refellito si poteris meum testem. Deseram tibi. Fauebo te inquam adiuuabo. Ostendito illos cum Sertorio fuisse a Dianio fugientes ad Siciliam esse delatos. Nihil est quod te malim probare. nullum enim facinus quod maiore supplicio dignum sit: reperiri neque proferri potest. Re

ducam igitur Equitem Ro.L.Flauium si uoles quoniam priore actione:ut patroni tui dictitant:noua quá/
dam sapientia:ut omnes itelligunt conscientia tua atq; auctoritate meorꝫ testium testem nullum interroga/
sti interrogetur Flauius si uoles:q nam fuerit.L.Herēnius is quē ille argentariā Lepti fecisse dicit qui cū am/
plius centum ciues Ro.haberet ex cōuentu syracusarꝫ:qui eum non solum cognoscerent:sed etiam lachry/
mantes ac te implorantes defenderent tamen a te inspectantibus omnibus syracusanis securi percussus est:
Hunc quoq; testē meum refelli & illū herēnium sertorianum fuisse abs te demonstrari:& probari uolo:qd
de illa multitudine dicemus eorum qui capitibus inuolutis in piratarum captiuorumq; numero produce/
bantur ut securi ferirentur.Quæ ista noua diligentia? quam ob causam abs te cogitata:An te.L.Flauii cetæ/
rorumq; de.L.herēnio uociferatio commouebat? An.M.Annii grauissimi atq; honestissimi uiri summa au
ctoritas pauloante diligentiorem timidioremq; fecerat? q nuper ꝑ testimonio nō ad uenam nescio quē:nec
alienum sed eum ciuem Ro.qui oibus in illo conuentu notus:q syracusis natus esset a te securi percussum es
se dixit.Post hanc illorum uociferationem post hanc cōem famam atq; quærimoniam nō mitior ī suplicio:
sed diligentior eē cœpit.Capitibus inuolutis ciues Ro.ad necem producere instituit quos tamen iccirco ne/
cabat palam q; hoies ī conuentu id q; antea diximus nimium diligenter prædonum numerum requirebāt:
hæc ī plæbe Ro.te.Pr.est cōstituta cōditio:hæc negocii gerendi spes:hoc capitis uitæq; discrimē:paruum ne
multa mercatoribus necessario sunt pericula subeunda fortunæ:nisi ēt hæ formidines ab nostris magistrati
bus atq; ī nostris prouiciis īpendebūt? Ad eam ne rem fuit hæc suburbana ac fidelis prouicia sicilia plena op
timorum sociorum & honestissimorꝫ ciuium Ro.quæ ci.ro.oēs suis ipsa sedibus libētissime semper accepit
ut qui ex ultima Syria atq; Aegypto nauigarent:qui apud barbaros propter togæ nomen in honore aliquo
fuissent:qui ex prædonum insidiis:q ex tempestatum periculis profugissent ī sicilia securi ferirentur cum se
iam domum uenisse arbitrarentur.Nam quid ego de.P.Ganio Cōsano municipe dicam Iud.aut qua uis uo
cis qua grauitate uerborum quo dolore animi dicā:Tametsi dolor me nō deficit:ut cætera mihi in dicendo
digna re digna dolore meo suppetant magis elaborandum est:quod crimen eiusmodi est:ut cum primum
ad me delatum est:usurꝫ me illo nō putarē.Tametsi.n.uerissimum eē intelligebam tamē credibile fore non
arbitrabar:Coactus lachrymis oium ciuium Ro.qui in Sicilia negociātur:adductus Valentinorꝫ hominum
honestissimorꝫ testimoniis oiumq; Reginorꝫ multorumq; Equitum Ro. qui casu tum Messanæ fuerunt:
Dedi tantū priore actiōe testimonium:res ut nemini dubia esse posset.Quid nūc agam:cum iam tot horas:
De uno genere ac de istius nefaria crudelitate dicam? Cum prope omnē uim uerborꝫ eiusmodi quæ scelere
istius digna sunt:aliis in rebus consumpserim.neq; hoc prouiderim ut uarietate criminum uos attentos te/
nerē? Quemadmodū de tanta re dicā? opinor unus modus atq; una ratio ē rem in medio ponā quæ tātum
habet ipsa grauitatis ut neq; mea quæ nulla est neq; cuiusquam ad inflammādos uōs animos eloquētia re/
quiratur.Ganius hic quem dico Cōsanus cum illo numero ab isto ī uincula coniectus esset:& nescio qua ra
tione clam e lautumiis profugisset Messanamq; uenisset q; prope iam Italiā & mœnia Reginorꝫ uideret: Et
ex illorum metu mortis ac tenebris quasi luce libertatis & odore aliquo legū recreatus reuixisset loqui Mes
sanæ cœpit & quæri se ī uincla esse coniectum sibi recta iter esse Romam.Verri se præsto aduenienti futurū.
Nō ītelligebat miser nihil interesse utrum hæc Messanæ an apud ipsum in prætorio loqueretur? nā ut ante
uos docui:hāc sibi iste urbem delegerat:quam haberet adiutricem scelerum furtorum receptricem flagitio
rum & omnium sociam.Itaq; ad magistratum Mamertinum statim deducit Ganius eoq; ipso die casu mes
sanam Verres uenit.Res ad eum defertur esse ciuem Ro.qui se syracusis ī Lautumiis fuisse quereretur: quē
iam ingredientem nauem & Verri nimis atrociter minitantem a se retractum esse & asseruatum ut ipse ī eū
statueret:quod uideretur.Agit hominibus gratias & eorum erga se beniuolentiam diligentiāq; collaudat.
Ipse īflāmatus scelere & furore in forum uenit ardebant oculi toto ex ore crudelitas eminebat:Expectabant
oēs quo tandē progressurus aut quidnam acturus esset:cum repente hoiem proripi atq; ī foro medio nuda
ri ac deligari:& uirgas expediri iubet.Clamabat ille miser se ciuem esse Ro.municipem Cōssanum meruis/
se se cum.L.Prætio splēdidissimo Equite Ro.qui Panormi negociaretur:ex quo hæc Verres scire posset:Tū
iste se comperisse ait eum speculandi causa in siciliam ab ducibus fugitiuorum esse missum:cuius rei neq; Iu
dex neq; uestigium aliquod neq; suspitio cuiq; esset ulla.Deide iubet undiq; hominem proripi uehementissi
meq; uerberari.Cedebat uirgis ī medio foro Messanæ ciuis ro.Iud.cum interea nullus gemitus nulla uox:
alia istius miseri inter dolorem crepitumq; plagarꝫ audiebat.nisi hoc ciuis ro.sum.Hac se commemoratio/
ne ciuitatis oīa uerbera depulsurum cruciatumq; a corpore deiecturum arbitrabat.Is nō modo hoc nō pro
fecit ut uirgarꝫ uim depræcaret:sed cū iploraret sæpius usurparetq; nomē ciuitatis crux crux inquam īfœli/
ci & erūnoso q uūq; istam ptāte uiderat:cōparabatur.O nomen dulce libertatis o ius eximium nrāe ciuitatis
o lex Portia legesq; sempronīæ o grauiter desiderata & aliquādo reddita plebi Ro.Tribunitia potestas:huc/
cine tādē oīa reciderūt:ut ciues ro.īn prouicia po.ro.ī oppido Fœderatorꝫ ab eo q; beneficio po.ro.faces & sē
cures hēret deligatus ī foro uirgis cederetur? Quid cum ignes ardentesq; laminæ cæteriq; cruciatus admo/
uebantur? Si te illius acerba īploratio & uox miserabilis non inhibebat:ne ciuium quidem Ro.q tū aderāt:
fletu & gemitu maximo cōmouebare? In crucē tu agere ausus es quēq; q se ciuē Ro.eē diceret.Nolui tam ue
hemēter agere hoc pria actiōe Iud.Nolui Vidistis.n.ut aī multitudinis in istū dolore & odio & cōis periculi
metu concitarentur.Statui egomet mihi tum modū oratiōi meæ:&.C.Mumitorio Eqti ro.primo homi/
ni testi meo & glabrionē id quod sapiētissime fecit facere lætatus sum:ut repente consilio in medio testem
dimitteret:Et.n.uerebat ne po.ro.ab isto eas pœnas ui repetisse uideretur:q̄s ueritus esset. Ne iste legibus:
& uestro iudicio non esset persoluturus.nūc quoniā iā exploratū ē oibus quo loco causa tua sit:& qd de te fu

turum sit sic tecum agã. Ganiũ istũ quem repentinũ speculatorẽ fuisse dicis: ostẽdã ĩ lautumias syracusis a te esse coniectum: neq; id solũ ex lĩris ostẽdam syracusanorum: ne possis dicere me qa sit aliquis in lĩris Ganius hoc fingere & eligere nomẽ: ut hũc illũ eẽ possim dicere: sed secũdum arbitrium tuũ testes dabo: qui istũ ipsum syracusis abs te in lautumias coniectũ eẽ dicant: producã ẽt Cõssanos muuicipes illius atq; necessarios q te nũc sero doceãt. Iud. nõ sero illum. P. Gãniũ quem tu in crucem egisti ciuem ro. & municipẽ Cõssanũ nõ speculatorem fugitiuoq; fuisse. Cum hæc oĩa quæ polliceor: cumulate tuis proximis plana fecero cum istuc ipsum tenebo: qd' abs te mihi datur esse cõtentum me eẽ dicam. Quid. n. nuper tu ipse cum po. ro. clamore atq; impetu perturbatus exiluisti. Quid inq̃ locutus es? illum quod moram supplicio quæreret: ideo clamitasse se eẽ ciuem ro. sed speculatorem fuisse iam mei testes ueri sunt. Quid enim dicit aliud. C. Munitorius: qd. M. P. Cotii nobilissimi hoĩes ex agro Taurominitano. Quid Qu. Luceius: q argentariã regii maximam fecit: quid enim cæteri? adhuc. n. testes ex eo genere a me sunt dati nõ qui nauisse Ganiũ: sed qui se uidisse dicerent cum is qui se ciuem ro. esse clamaret in crucem ageretur. Hoc tu Verres idem dicis hoc tu cõsiteris illum clamitasse se ciuem esse ro. apd' te nomen ciuitatis ne tãtum qdẽ ualuisse ut dubitationem aliquã crudelissimi teterrimiq; supplicii aliquam paruam morã saltem posset afferri. Hoc teneo hic hæreo Iud. hoc sum cõtentus uno omitto ac negligo cætera sua cõfessione induatur: & iugulet necesse est qui eẽt ignorabas speculatorem esse suspicabare: non quæro qua suspitiõe tua te accuso orõne ciuem ro. se esse dicebat. Si tu apud Persas aut in extrema India deprehẽsus Verres ad supplicium ducerere: quid aliud clamitares nisi te ciuem esse ro. Et si tibi ignoto apud ignotos apud barbaros apud homines in extremis atq; ultimis gentibus positos nobile & illustre apd' oẽs nomen tuæ ciuitatis profuisset: ille quisquis erat: quem tu ĩ crucem rapiebas q tibi esset ignotus cum ciuem se ro. esse diceret apud te Pr. si nõ effugium ne morã qdẽ mortis mentione atq; usurpatione ciuitatis assequi potuit? Homines tenues obscuro loco nati nauigant adeunt ad ea loca quæ nũq̃ antea uiderũt. ubi neq; noti esse is quo uenerũt neq; semper cũ cognitoribus esse possunt. Hac una tamẽ fiducia ciuitatis nõ mõ apud nostros magistratus: q & legum & existimationis periculo cõtinẽtur: neq; apud ciues solũ ro. qui & sermõis & iuris & multarũ rerum societate iuncti sunt fore se tutos arbitrãtur sed quocũq; uenerint hãc sibi rem præsidio sperant esse futurum. Tolle hãc spem tolle hoc præsidium. C. ro. constitue nihil esse opis in hac uoce ciuis ro. sum posse impune Pr. aut alium quẽlibet supplicium quod uelit in eũ cõstituere qui se ciuẽ ro. esse dicat quod quis ignoret iam omnes prouincias iam oĩa regna iã oẽs liberas ciuitates iam oẽm orbem terrarũq; qui semper nostris hoĩbus maxie patuit ciuibus ro. ista defensione præcluseris. Quid si. L. Retium Equitẽ Ro. qui tũ ĩ sicilia noĩabatur ẽt ne id magnũ fuit Panormũ lĩras mittere asseruasse hominẽ custodiis Mamertinorũq; tuorũq; uinctum clausum habuisse dum panormo Retius ueniret cognosceret hominẽ aliqd de summo supplicio remitteres si ignoraret tum si tibi ita uideretur hoc iuris ĩ omnes: constitueres ut q neq; tibi notus esset neq; cognitorẽ locupletẽ daret: quis ciuis ro. esset in crucẽ tolleret. Sed quid ego plura de Ganio? quasi tu Ganio tum fueris infestus ac nõ nomini generi iuri ciuium hostis nõ illi inq̃ homini sed causæ cõi libertati inimicus fuisti. Quid. n. attinuit cum Mamertini noĩe atq; instituto suo crucem fixissent post urbem in uia Pompeiate iubere in ea parte figere quæ ad fretum spectaret & hoc addere qd' negare nullo mõ potes quod oĩbus audientibus dixisti palam te iccirco illum locũ deligere: ut ille qui se ciuẽ ro. esse diceret ex cruce Italiam cernere ac domũ suam prospicere posset. Itaq; illa crux sola Iud. post cõditam Messanam illo in loco fixa est Italiæ cõspectus ad eam rem ab isto delectus est: ut ille in dolore crucia tuq; moriens pangustu freta diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret italia autem alumnum suũ serui tutis extremo summoq; supplicio ea fixũ uiderer. Facinus est uinciri ciuẽ ro. scelus uerberari prope parricidium necari. Quid dicã in crucem tolli? uerbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo põt. Non fuit his omnibus iste cõtẽtus: spectet inquit patriam ĩ cõspectu legum libertatisq; moriatur. Nõ tu hoc loco Ganium nõ unum hoĩem nescio quẽ ciuẽ ro. sed cõem libertatis & ciuitatis cãm in illum cruciatum & crucem egisti: Iam uero uidete hoĩs audaciam. nõne eum grauiter tulisse arbitramini q; illam ciuibus ro. crucem nõ posset ĩ foro nõ in comitio nõ in rostris defigere? Quod. n. his locis ĩ prouinciã sua celebritate simillimum: regione proximum potuit elegit monumentũ sceleris audaciæq; suæ uoluit esse in conspectu Italiæ uestibulo siciliæ perteruectiõe oĩum qui ultro citroq; nauigarent. Si hæc nõ ad ciuem ro. nõ ad reliquos amicos nostræ ciuitatis non ad eos qui romanũ nomen audissent: deniq; si nõ ad hoĩes ueq; ad bestias aut etiã ut longius progrediar si ĩ aliqua desertissima solitudĩe ad saxa & ad scopulos & cõquæri & deplorare uellẽ tamẽ oĩa muta atq; inanimata tanta & tam indigna rerum atrocitate cõmouerentur. Nunc uero cum loquar apd' Senatores po. ro. legum iudiciorũq; & iuris auctores timere nõ debeo: ne nõ unus iste ciuis ro. illa cruce dignus cæteri omnes simili periculo indignissimi iudicentur. Pauloante Iud. lachrymas in morte misera atque indignissima Nauarcorum non tenebamus. & recte ac merito sociorum innocentium miseria commouebamur. Quid nunc in nostro sanguine tandem facere debemus? Nam ciuium Roma. sanguis coniunctus existimandus est quoniã id & salutis omnium ratio & ueritas omniũ postulat. Omnes hoc loco ciues roma. & qui adsunt: & q ubiq; sunt uestram seueritatẽ desiderant uestram fidem implorant uestrum auxilium requirunt omnia sua iura cõmoda auxilia totam deniq; libertatẽ ĩ uestris sententiis uersari arbitrant. A me tamẽ si satis habẽt tamẽ si res aliter acciderit plus habebunt fortasse q̃ postulant. Nam & si q̃uis istum de uestra se ueritate eripuerit id quod neq; metuo Iud. neq; ullo modo fieri posse uideo. sed si in hoc me ratio fefellerit. Siculi causam suam perisse quærentur & mecum pariter moleste ferent. P. quidem. R. breui quoniam mihi potestatem apud se agendi dedit ius suum me agente suis suffragiis ante calendas. Februarias recuperabit. Ac si de mea gloria & : amplitudine quæritis. Iud. non es alienum meis rationibus istum mihi ex hoc

iudicio ereptū ad illud po.ro.iudicium reseruari.Splēdida ē illa cā ,pbabilis mihi & facilis popu.grata atq; iucunda.Deniq; si uideor hīc qd'ego nō quæsiui:de uno isto uoluisse crescere isto absoluto qd̄ sine multorum scelere fieri nō pōt:de multis mihi crescere licebit.Sed me hercules uīra ro.q;.po.cā.Iud.nolo in hoc delecto consilio tantum flagitium esse cōmissum nolo eos Iud.quos ego probarim:atq; delegerim: sic in hac Vrbe notatos isto absoluto ambulare.ut non cera sed ceno obliti esse uideantur.Quamobrem te quoq; Hortensi quia monendi locus est:ex hoc loco moneo uideas ēt atq; etiam:& consideres:quid agas:quo progredire quem hominem ex qua ratione defendas:neq; de illo qcq̄ tibi pfinio:quominus ingenio mecum atq; oī dicēdi facultate cōtendas.Cætera si qua putas te occultius extra iudicium:quæ iudicium pertinēt facer' posse:si qd artificio cōsilio potentia gratia copiis istius moliri cogitas:magnopere censeo desistas:& illa quæ temptata iam & cœpta ab isto sunt a me āt puestigata & cognita:moneo ut extinguas:& longius progredi nō sinas.Magno tuo periculo peccabit' in hoc iudicio:maiore q̄ putas.Quod.n.te deliberatum iam existimationis metu defunctum honoribus designatū cons.cogites:Mihi crede ornamenta ista & beneficia Po.Ro.non minore negocio retinent':q̄ comperantur:Tulit hæc ciuitas:quoad potuit quoad necesse fuit:regiam istā uestram damnationem in iudiciis & in omni Reipub.Tulit:sed quo die po.ro.Tribunibleb.restituti sunt .omnia ista uobis:si forte nōdum intelligitis adempta atq; erepta sunt.Omnium nunc oculi coniecti sunt hoc ipso tempore in unum quēq; nostrum qua fide ego acusem:qua religione hi iudicent qua tu ratione defendas De omnibus nobis si quis tantulum de recta regione deflexerit non illa tacita existimatio quam antea contemnere solebatis:sed uehemens ac liberum Po.Roma.iudicium consequetur.Nulla tibi Quinte cū isto cognatio est nulla necessitudo quibus excusationibus ante nimium in aliquo iudicio studium tuum defendere solebas.Eaq; hī in hoc homine nullam potes:quæ iste in prouincia palam dictitabat:cum ea quæ faciebat tua se fiducia facere dicebat.ea ne uera putēt':Tibi maxime ē prouidendum.Ego mei iam ratiōem officii cōfido eē oībus iniquissimis meis persolutā nā istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sentētiis cōdēnaui.Reliquū iudicium non iam de mea fide quæ perspecta est neq; istius uita quæ damnata ē sede de iudicibus & uere ut dicam:de te futurum est.At quo tempore futurum est nā id maxime prouidendum Et enim cum oībus in rebus tum in.R.P.pmagni momenti ē rō atq; inclinatio temporum.Nempe eo tū. Po.roma.aliud genns hominum atq;alium ordinem ad res uindicandas requirit.Nempe iudiciis iudicibusq; ea lege nobis promulgate q̄ non is promulgauit cuius nomine proscriptam uidetis:sed hic reus hic inquā sua spe atq; opinione q̄ de uobis habet:legem illam scribēdam promulgandamq; curauit.Itaq; cum primo agere cœpimus:lex non erat promulgata tum iste uestra seueritate permotus multa signa dederat:quamobrem quibus respōsurus nō uideretur:mētio de lege nulla fiebat.Posteaq̄ iste recreari & cōfirmari uisus ē:lex statim promulgata est cui legi cum uestra dignitas uehementer aduersaret' istius spes falsa & insignis impudentia maxime suffragatur.Hic si quid erit commissum a quoq̄ uestrum:quod reprehendat' aut po.ro.iudicabit de eo homine quem iam antea iudiciis indignum putauit:aut hi qui propter offensionem iudiciorū:De ueteribus iudiciis lege noua noui lu.erunt constituti.Mihi porro ut ego nō dicam:quis omnium mortaliū: nō intelligit q̄ longe progredi sit necesse.Potero silere Hortensi potero dissimulare? cum tantū Reipub.uulnus acceperit:ut expilatæ prouinciæ uexati socii dii īmo tales spoliati ci.ro.cruciati & necati īpune me auctore esse uideant'?Potero hoc ego onus tātū aut in hoc iudicio deponere:aut diutius tacitus sustinere?Nō agitanda res erit?nō in medium proferenda?nō po.ro.fides imploranda?nō omnes:qui tanto se scelere obstrixerint:ut aut fidē suā corrumpi paterentur aut iudicium corrumperent:in discrimen ac iudicium uocādi?Quæret aliquis fortasse tātū ne igit' laborem tantas inimicitias tot hominum suscepturus es?non studio qdem hercule ullo:neq; uolūtate.Sed nō item mihi licet quod iis:qui nobili genere nati sunt:quibus oīa po.ro.beneficia dormientibus deferuntur.Longe alia mihi lege in hac ciuitate:& conditione uiuendum est.Venit.n.mihi in mētem.M.Catonis hominis sapientissimi qui cum uirtute nō genere po.ro.cōmendari putaret cum ipse sui generis initium ac nois ab se gigni & propagari uellet hoīum potentissimoq; suscepit inimicitias:& maximis in laboribus usq; ad summā senectutem summā cū gloria uixit.Posteaq̄ Pōpeius humiliatq; obscuro loco natus nōne plurimis inimicitiis maximisq; suis periculis ac doloribus amplissimos honores est adeptus?Mō.L.Fimbriam.C.Marium.C.Celiū uidimus nō mediocribus inimicitiis ac laboribus cōtendētes ut ad istos honores pueniret:ad quos uos p ludū ac negligentiam peruenistis.Hæc eadē ē nrā rōnis regio & uia.hoq; nos hoīum sectam atq; istituta persequimur.Videmus quāta sit i iuidia quātoq; i odio apd' quosdā homines nobiles nouoq; hominum uirtus & idustria:si tātulū oculos deiecerimus præsto eē i sidias si ullū locū aperuerimus suspicioni aut crimini accipiēdū eē stati uulnus eē nobis semp uigilandū semper laborādū uidemus.Inimicitiæ sunt subeant' labores suscipiant'.Et.n.tacite magis : & occulte inimicitiæ timendæ sunt:q̄ indictæ & aperte hominū nobiliū nō fere qsq̄ nostræ industriæ fauet.nullis nostris officiis beniuolētiā illoq; allicere possumus:q̄si natura & genere diiuncti sunt ita dissidēt a nobis animo ac uolūtate.Quare qd habēt eoq; inimicitiæ piculi quoq; aīos iam ante habueris inimicos & inuidos q̄ ullas inimicicias susceperis:Quāobrē mihi Iud.optandū est illd' in hoc reo finē accusandi facere:cū po.ro.satisfactū & receptū officiū syculis necessariis meis erit persolutū.Deliberatū āt ē si res opinionē meā quā de uobis hēo fefellerit non mō eos pseq:ad quos maxīa culpa corrūpēdi iudicii sed ēt illos ad quos cōsciētiæ cōtagio ptinebit.Proīde siq sunt q in hoc reo aut potentes aut audaces aut artifices ad corrūpēdum iudiciū uelint esse :ita sint parati ut discepante po.ro.mecū sibi rem uideant futuram.Et si me in hoc reo quē inimicum siculi dederunt satis uehementem satis perseuerantem satis uigilantē esse cognorūt existimēt in his hoibus: quorū ego inimicitias Popu.Roma.salutis causa suscepero multo grauiorem atque acriorem futurum . Nunc te

O Iuppiter.Op.Maxime cuius iste donum regale dignum tuo pulcherrimo templo dignum Capitolio atq; ista arce omnium nationum dignum regio munere tibi factum ab regibus tibi dicatum atque promissum p nefariũ scelus de regiis manibus extorsit cuiusq; sanctissimũ & pulcherrimũ simulachrũ syracusis sustulit. Teque Iuno regina cuius duo fana duabus in insulis posita sociorum Melitæ & Sami sanctissima & antiquissima simili scelere idem iste omnibus bonis ornamentisq; nudauit. Teque Minerua quam iste duobus ĩ clarissimis & religiosissimis templis expilauit Athenis cum auri grande pondus syracusis cum omnia p̃ter tectum & parietes sustulit. Teq; Lotana & Apollo & Diana: quorum iste deli non fanum sed ut hominũ opinio & religio fert sedem antiquam diuinumq; domicilium nocturno latrocinio atq; impetu compilauit. ẽt te Apollo quem iste Chio sustulit. Teq; etiam atq; etiam Diana q̃ pergami spoliauit cuius simulachrum sanctissimum Segestæ bis apud segestanos consecratum semel ipsorum religione irem. P. Africani uictoria tollendum asportandumq; curauit. Teq; Mercurii quem Verres in uilla & in priuata aliqua Palestra posuit. P. Africanus in urbe sociorum & gymnasio Tyndaritanorum iuuentutis illorum custodem & præsidem uoluit esse. Teq; Hercules quem iste Agrigenti nocte intempesta seruorum instructa & comparata manu conuellere ex suis sedibus atq; auferre conatus est. Teq; sanctissima mater Idea quam apud Eginos augustissimo & religiosissimo in templo sic spoliatã reliquit. Vt nunc nomen modo Africani & uestigia uiolatæ religiõis maneant: monumenta uictoriæ faniq; ornamenta non extent. Vosq; omnium rerum forensium consiliorũ maximorum legum iudiciorumq; arbitri: & testes celeberrimo in loco prætorii locati Polux & Castor quorum e templo quæstum sibi iste & prædam maximam improbissime comperauit omnesq; dii qui uehiculis thempsarum solemnes cetus ludorum initis quorum iter iste ad suum quæstum non ad religionum dignitatem faciendum exigendumq; curauit. Teq; ceres & libera quarum sacra sicut opiniones hominum: ac religiones ferunt longe maximis atq; occultissimis cerimoniis continent a quibus initia uitæ atq; uictus: legum morum mansuetudinis humanitatis exempla hominibus & ciuitatibus data ac dispersa esse dicunt. Quarum sacra po.ro.a græcis adscita & accepta tanta religione & publice & priuatim tuetur non ut ab aliis huc allata sed ut cæteris hinc tradita esse uideantur. quæ ab isto uno sic polluta & uiolata sunt ut simulachrũ Cereris unum quod a uiro non modo tangi sed ne aspici quidem fas fuit e sacrario Catinæ conuellendum: auertendumq; curauerit. Alterum autem Aetnæ ex sua sede ac domo sustulit quod erat tale ut homines cũ uiderent aut ipsam uidere: se Cererem aut effigiem Cereris nõ humana manu factã esse: sed cælo delapsam arbitrarentur. Vos etiam atq; etiam imploro atq; appello sanctissimæ deæ quæ illos Aetnenses lacus lucosq; colitis cunctæq; Siciliæ quæ mihi defendenda credita est præsidetis: quibus inuentis frugibus & in orbẽ terrarum distributis omnes gentes atq; nationes uestri religione numinis continentur. Cæteros item deos deasq; omnes imploro atq; obtestor: quorum templis ac religionibus iste nefario quodam furore & audacia ĩstinctus bellum sacrilegum semper impiumq; habuit indictum ut si in hoc reo atq; in hac causa omnia mea consilia ad salutem sociorum dignitatem. P.R. fidem meam spectauerunt: si nullam ad rem nisi ad officium & ueritatem omnes meæ curæ uigiliæ cogitationesq; laborarunt. quæ mea mens in suscipienda causa fuit fides in agenda eadem uestra in iudicanda sit. Deniq; uti. C. Verrem si eius omnia sunt inaudita & singularia facinoria: sceleris audaciæ perfidiæ libidinis auariciæ crudelitatis dignus exitus eiusmodi uita atq; factis uestro iudicio consequatur: utque. R.P. meaque fides una ac accusatione mea contenta sit: mihiq; posthac bonos potius defendere liceat: quam improbos accusare necesse sit.

TABVLA.

M.T.Ci.In.C.Verrem Accusationum.	Liber	I	acar.	i
M.T.Ci.In.C.Verrem Accusationum.	Liber	II	acar.	iii
M.T.Ci.Inuectiuarum In.C. Verrem.	Liber	III	acar.	v
M.T.Ci.In.C.Verrem Accusationum.	Liber	IIII	acar.	xii
M.T.Ci.In.C.Verrem Accusationum.	Liber	V	acar.	xxi
M.T.Ci.In.C.Verrem Accusationum.	Liber	VI	acar.	xxxiii
M.T.Ci.In.C.Verrem Accusationum.	Liber	VII	acar.	xli

Registrum.

a	c	e	g
Orationum	meæ	ros: Apro	straæ mansue
cõmoda	cãm Ver	redimere	audierunt
re.minime	fuerat nul	rũ icõmodis	ære fuit
b	d	f	h
Dioni	referetur	ro Cons.	modum
cherrime	cillime	se dixisse	dium
ditionem	uel maxime	non ad	bet atq;
			stratam

Explicit Opus.M.T.Ci.contra Verrem impræssum Venetiis accuratissime per Bartolameum de Zanis. de Portesio Anno nostri saluatoris.M.cccclxxxxvi.Die uigesimo sexto mensis Ianuarii.

BUCHBINDEREI
P. PUNZENGRUBER
WIEN
II, Taborstrasse 54